Uia per quā itur ad xp̄m lex eſt per quam vadunt iuſti ad deum: ⁊ vt eſt intelligunt eam. Sanctarum ſcripturarū altitudo quaſi montes paſcue ſunt: ad quos dum quiſqꝫ iuſtorum conſcendit: ſe paſcue indeficientis refectionē inueniſſe congaudet. In ſcripturis ſanctis quaſi in montibus excelſis: ⁊ viri perfecti habent ſublimia intelligentie: quibus greſſus cōtemplationis quaſi cerui erigant: ⁊ ſimplices q̃ſi parua aīalia īueniūt modicos ītellectus: ad quos humiles ipſi refugiant. Scriptura ſacra infirmis ⁊ ſenſu paruulis ſm̄ hiſtoriam humilis videtur in verbis: cum excellentioribus autem viris altius incedit: dum eis ſua myſteria pandit: ac per hoc vtriſqꝫ manet communis: ⁊ paruulis ⁊ perfectis. Scriptura ſacra per vniuſcuiuſqꝫ lectoris intelligentiam variatur: ſicut manna que populo veteri pro ſingulorum delectatione varium dabat ſaporem. Juxta ſenſuū capacitatem ſingulis ſermo dominicus congruit. Et ſingulis dum ſit pro vniuſcuiuſqꝫ intellectu diuerſus: in ſe tamen permanet vnus. Jdeo in libris ſanctis quedā obſcura: quedā aperta reperiuntᷓ: vt intellectus lectoris ⁊ ſtudium augeatur. Nā ſi cuncta paterent: ſtatim intellecta vileſcerent. Rurſus ſi cuncta clauſa exiſterent: confeſtim diffidentiā gignerent. Ne ergo de obſcuris deſperatio fiat: ea que manifeſta ſunt ſciāt: ⁊ ne de intellectis faſtidiū exiſtat: ea que clauſa ſunt deſiderium excitāt. Nā pleraqꝫ quāto magis latent: tāto magis deſideriū p̄bēt. In ſcripturis ſanctis ſepe ea q̄ futura ſunt q̃ſi facta narrantᷓ: ſicut eſt illō. Dederūt in eſcā meā fel: ⁊ i ſiti mea potauerūt me aceto. Sed cur futura q̃ſi p̄terita ſcribuntur: niſi qꝛ que adhuc facienda ſunt in opere: iā facta ſunt in diuina p̄deſtinatione: Nobis igitur tēporalr̄ accidunt: que a cōditore oīum ſine tp̄e ꝓuidētur. Propterea ꝓpheta rerū futurarū geſta preterita preſentibus miſcet rebus: vt ita credantᷓ illa futura: queādmodū iſta cernūtᷓ eſſe cōpleta. More enim ſuo per p̄ſentia de futuris loqᷓ: ſicut in perſona irl̄m de eccleſia: ⁊ ſicut in ꝑſona effraim de hereticis. Pro factis diuinis plerūqꝫ ⁊ dicta ponuntᷓ: icirco qꝛ nō operatiōe manuū deus: ſꝫ dicendi imperio operatur: ſicut ſcriptū eſt. Dixit ⁊ facta ſunt: mandauit ⁊ creata ſūt. Or in ſcripturis ſacris vna bis repetitᷓ ſnīa: aut cōfirmationis cā eſt: aut myſterij: ſicut lex ⁊ gratia: ſic initium ⁊ perfectio: ſicut bonū ⁊ melius. Lex diuina in tribꝰ diſtinguitᷓ partibus. i. in hiſtoria: in p̄ceptis: ⁊ in ꝓphetis. Hiſtoria eſt in his que geſta ſunt. precepta in his q̄ iuſſa ſunt. ꝓphetia in his que futura ꝓnūciata ſunt. Lex diuīa triplici ſentiēda eſt mō. Primo vt hiſtorice. ſecūdo vt tropologice. tertio vt myſtice intelligatur. Hiſtorice nāqꝫ iuxta litterā: tropologice iuxta moralē ſententiā: myſtice iuxta ſpiritalē intelligentiā. Ergo ſic hiſtorice oportet fidē tenere: vt eā ⁊ moraliter debeamus interpretari ⁊ ſpiritaliter intelligere. Tria ⁊ ſeptē: decē precepta ſunt: ſed tria ad amorē dei ꝑtinent: ſeptē ad hoīes. Jlla tria q̄ ad amorem dei pertinent: in vna tabula ſcripta fuerūt: reliq̄ ſeptē in ſecūda. Jn prima tabula triū mādatoꝝ hoc primū eſt. Diliges dñm deū tuū. Jn ſcd̄a. Honora patrē tuū ⁊ matrē. Hinc eſt qḋ ⁊ ſaluator ſcribe iterrogāti qḋ p̄ceptū eſt ꝑᵐ in lege ait. Audi iſrl̄: dñs deꝰ tuus deꝰ vnus eſt hoc p̄muꝫ eſt. Scd̄m vero ſimile eſt huic. Diliges ꝓximū tuū ſicut teipſuꝫ. Unū nāqꝫ preceptū de prima tabula dixit qḋ ad dei pertinet amorem. alterum vero de alia tabula: quod ad hominis pertinet dilectionem.

De eccleſia ⁊ hereſibus. Cap. XIX.

Gemina eſt eccleſie pulchritudo. vna quā hic bn̄ viuendo conſequitur. altera per quam illic ex retributione glorificabitur. Eccleſie propter xp̄m gemine tribulationes exiſtunt. i. ſiue q̄s a paganis ꝑtulit in martyribus: ſiue quas ab hereticis perfert in diuerſis concertationibus. Utraſqꝫ autem per gratiam dei exuperat: partim ferendo: partim reſiſtendo. Sācta eccleſia catholica ſicut male viuentes in ſe patienter tolerat: ita male credētes a ſe repellit. Sancta eccleſia ꝯ gentiliū atqꝫ hereticoꝝ ꝑtinaciā ſummope ſapiētiā ⁊ patiētiā opponere ſtudet: ſꝫ exercetᷓ eius ſapia cū tentatᷓ verbis: exercetᷓ patiētia cū tentatᷓ gladijs. Nūc enim pſecutiōibus appetitᷓ: nūc falſis aſſertiōibꝰ laceſſitᷓ. Cauſa prauitatis heretice doctrinis eſt ꝓpagata eccleſia. nā antea ſimplici tm̄ fide vigebat. Hereticoꝝ igitᷓ occaſione ꝓpagati ſunt doctores in fide: ⁊ ꝑ acumina hereſuꝫ eccleſie magiſtri creuerunt. Nā tūc clarius manifeſtatᷓ veritatis aſſertio q̄ñ patuerit q̄libet diſſentio. Sācta eccl̄ia ideo dr̄ catholica: ꝓ eo ꝙ vlr̄ per omnē ſit mūdū diffuſa. Naꝫ hereticoꝝ eccleſie in partibꝰ mundi coartantᷓ: hec vero in toto orbe diffuſa expanditᷓ. paulo atteſtāte ap̄lo. Grās inquit ago deo meo ꝓ oībus vobis: qꝛ fides veſtra ānūciatᷓ in vniuerſo mundo. Hereſes aūt in aliquo angulo mūdi: aut in vna ꝓuincia inueniuntᷓ verſari. Eccleſia vero catholica ſicut ꝑ totū mundū extenditᷓ: ita ⁊ oīuꝫ gentiliuꝫ ſocietate conſtruitᷓ. Qui ſunt heretici niſi qui relicta dei eccl̄ia ꝑuatas elegerunt ſocietates: de qbꝰ dñs dicit. Duo mala fecit populus meus: me dereliquerunt fontē aque viue: ⁊ foderunt ſibi ciſternas diſſipatas que cōtinere nō valent aquas. Cauſa hereſis ob quā rem fit: Ad exercitationem fidei. Uis vero per quā fit: obſcuritas eſt diuinarū ſcripturaruꝫ in qua caligantes heretici aliud q̄ꝫ ſe res habeat intelligunt: nec eſſe poſſunt: qꝛ idipſuꝫ qḋ exiſtunt hereſes iam nō ſunt. Male enim ſentiēdo eſſe iam deſierūt: ad nihilum eniꝫ tendunt. Heretici ingenti ſtudio mēdacia ſua diſcunt: ⁊ labore vehementi ne in vnitatē eccl̄ie veniant decertant: de quibus per prophetam cōgrue dicitur. Docuerunt linguā ſuā loqui mendacium: ⁊ vt inique agerent laborauerunt. Dum viciſſim heretici mutuo ſe lacerant quādo alterutrū ſe in proprias ſectas inducunt: ſic tñ in inuicē ſeſe colligūt vt cōtra eccleſiā pari erroris ſpiritu decertent. Et qui ab inuicē ſunt diuiſi: in aduerſitate eccleſie ſimul exiſtunt vniti: cuiqꝫ ꝑ pro eo ꝙ tm̄ valeant hereſes videntᷓ habere veritatē: hoc reſpondēdum eſt. Nō ideo ſaluti preponēdi ſunt morbi: qꝛ plerūqꝫ ita generaliter mūdū occupāt vt paruū ſaluti locū relinquāt.

De hereticis. Cap. XX.

Non poſſe hereticos habere veniam: niſi per eccleſiam catholicam: ſicut ⁊ amici iob non ꝑ ſe placare deum potuerunt: niſi pro eis iob ſacrificium obtuliſſet. Opera bona que heretici faciunt ⁊ iuſtitia eorum: nihil eis prodeſt: teſtante domino per hieremiam. Quia mei oblitus es: ecce ego annunciabo iuſtitiam tuam: ⁊ opera tua nō ꝓderūt tibi. Heretici q̄muis legem ⁊ prophetias adimpleant: ex eo tamen ꝙ catholici non ſunt: non eſt deus in eorum cōuentibus: ipſo dño teſtante. Si ſteterint moyſes ⁊ ſamuel coram me: non eſt aīa mea ad ppl̄m iſtū. Eijce eos a facie

mea ⁊ egrediant̄. Per moyſen quippe ⁊ ſamuel legē acci
pe ⁊ ꝓphetas: quos q̄uis heretici ope īplere cōtēdāt: pro
pter erroris tñ impietatē a vultu dei ꝓijciunt̄: ⁊ a iuſtoꝝ
conuentibus ſeparantur paganus ⁊ hereticus: ille qꝛ nun
q̄ fuit cū dei populo: iſte qꝛ receſſit a dei populo: vterqꝫ
recedētes a xp̄o: ad diaboli ptinent corpus. Qui ab idola
tria ad iudaiſmū vel hereſim trāſeūt: iuxta ꝓphetam de
malo ad malū egreſſi ſūt: ⁊ dñm nō cognouerūt: qꝛ de in
fidelitatis errore ī errorē aliū trāſierūt. Cuius doctrinā
qſqꝫ ſeqt̄: huius ⁊ filius nuncupat̄: ſicut ⁊ p ꝓphetā amor
reū patrē ⁊ cethea matrē cē iſrl̄ dñs dicit. Nō vtiqꝫ naſcē
do ſꝫ imitādo. Sic ⁊ in meliorē partē filij dei nūcupāt̄: q
precepta dei cuſtodiunt. Un̄ ⁊ nos nō nā: ſed optione cla
mamus deo dicētes. Pater noſter qui es in celis. Nō ſo
lū tm̄ natiuitate ſꝫ ēt imitatione filios poſſe alicuius vo
cari. Nā iudei ſm̄ carnē filij abrahe: ſm̄ v̄o ꝯuerſationē
filij dyaboli nuncupant̄: ac per hoc illi ſūt ſemē abrahe q
eius imitant̄ fidē: nō q ex eius gnāti ſūt carne. De errore
auctoris trahitur a qbuſdā ⁊ nomē ⁊ culpa: vt ipſius vo
cabulo cenſeat̄ cuius errorē ſeqt̄: ſicut eccleſie pgami in
apocalypſi dr̄. Hēs tenētes doctrinā balaā ⁊ ieçabel. Do
ctrinā igr̄ balaā dr̄ hr̄e pp imitatiōeꝫ n̄ pp ꝑētiā corpalē.

De gentilibus philoſophis. Cap. XXI.

Philoſophi gētiū nō ſicut oꝫ deū q̄rentes in an
gelos īciderūt ꝑuaricatores factuſqꝫ eſt illis
mediator dyabolus ad mortē: ſic nobis xp̄us
ad vitaꝫ. Multū mundi philoſophi ꝑdicant̄
in dimēſione tp̄oꝝ: curſuqꝫ ſiderū ac diſcuſſio
ne elementorū. ⁊ tm̄ hoc non niſi a deo habuerunt. Uolā
do. n. ſuperbe vt aues aerem: ⁊ emergentes in ꝓfundum
vt piſces mare. ⁊ vt pecora gradientes terram deſcripſe
runt: verūtamen tota mente auctoreꝫ eorum intelligere
noluerunt. Quare non poſſunt aīalia bruta īterrogare: qꝛ
neſciunt ratiocinari. Ideo non diſſimiles gentiles hoīes
aīalibus extiterunt: qui talia nō ꝯſiderātes: ⁊ ipſa amplꝰ
diligētes vſqꝫ ad eoꝝ cultū euanuerūt. Uia xp̄s ē. Siqs
in ea nō gradit̄: nō eſt quomō veniat ad deū. Philoſophi
aūt mundi vtiqꝫ deū cognouerūt. ſꝫ qꝛ diſplicuit illis hu
militas xp̄i in inuio trāſierūt ⁊ nō in via. Ideoqꝫ euane
ſcētes gloriā dei in mēdaciū mutauerūt. ⁊ rectitudinē vie
relinquētes ī anfractus īciderūt erroꝝ. Primū vnicuiqꝫ
eſt ſcire qd appetat. ſcōm v̄o eſt vt id qd̄ appetit apphen
dat. Imꝑfecta quippe ſapia eſt quo tendas ſcire: ⁊ neſcire
iter p qd̄ expediat ire. Quid. n. ꝓdeſt ſiqs famis tp̄e vber
tatis regionē videat: ⁊ viā p quā ad illam pergat ignorat:
Ecce patriā qſqꝫ querit: ſed viā ꝑdidit: errādo gradit̄ non
ꝓficiēdo: quātoqꝫ plus ambulat tāto magis ab eo qd̄ q̄rit
elongat̄. Qui viā regiā hoc eſt xp̄m deſerit. ⁊ ſi videat ve
ritatē a lōge videt: qꝛ niſi per viā nō eſt quomodo ad eaꝫ
ꝓpinquet. Et ſi gradiens per deſertum leonē incurrerit:
ſemetipſum redarguat: dum in dyaboli faucibus deſerit.

De differentia teſtamentorum. Cap. XXII.

Quidam ideo non recipiunt vetus teſtamen
tum pro eo ꝙ aliud in tempore priſco: aliud
agatur in nouo. Nō intelligētes ꝙ deus quid
cuiqꝫ cognouerit tempori incognita quadam
diſtributione conceſſerit: ſicut in lege impat
nuptias. in euāgelio virginitatem cōmendat. in lege ocu
lum pro oculo auferre: in euangelio alteram prebere per
cutienti maxillam. Sed illa pro tempore fragili populo
iſta vero ꝑfecto. vtraqꝫ tamen pro tempore ſua queqꝫ cō
uenientia cōmodans. Et tm̄ pro iſta mutatione nō eſt cre
dēdus deus mutabilis: ſꝫ potiꝰ inde admirabilis ꝑdican
dus ē: qꝛ manēs incōmutabilis qd cuiqꝫ vt diximus tem
pori cōmodū fuit: magna cū diſtributione cōceſſit. Sub
veteri teſtamēto minoris culpe erant peccata: qꝛ in eo nō
ipſa veritas: ſed vmbra veritatis aderat. Naꝫ in teſtamē
to nouo preceptis altioribus veritate māifeſta facta: que
dam que in illo populo vmbre veritatis deſeruierāt: de
ferenda nobis precipiuntur. Illic enim fornicatio ⁊ retri
butio iniurie permiſſa ſunt: nec nocebant. In teſtamento
aūt nouo graui aīaduerſione dānantur ſi admittantur.

De ſymbolo ⁊ oratione. Cap. XXIII.

Fidei ſymbolum ⁊ dominica oratio pro tota le
ge paruulis eccleſie ad celorum regna ſufficit
capeſſenda. Omnis enim latitudo ſcripturaꝝ
in eadem oratione dominica ⁊ ſymboli breui
tate concluditur. Unde ⁊ ꝓpheta eſaias dicit.
Abreuiationem audiui a domino deo exercituum ſuper
vniuerſam terram. Attendite ⁊ audite eloquium meum.
Sed hec abreuiatio: aut illud intelligitur quod dominus
dicit omnem legem ⁊ prophetas in duobus preceptis di
lectionis dei ⁊ proximi pendere: aut pp ipſam orōnē dñi
cam vel ſymboli breuitatem in quibus vt predictum eſt
omne ſcripturarum coartari cernimus latitudinem.

De baptiſmo ⁊ cōmunione. Cap. XXIIII.

Solam eccleſiaꝫ catholicam habere baptiſmū
ad ſalutem Zacharias propheta teſtatur. In
die inquit illa erit fons patens domus dauid
⁊ habitantibus in hieruſalem in ablutionem
peccatoris ⁊ menſtruate. Domus quippe da
uid ⁊ hieruſaleꝫ xp̄i eccleſia eſt: in qua manat fons in ab
lutionem peccatoꝝ. Heretici auteꝫ id ſolum imaginaria
oſtentatione faciunt: ideoqꝫ illis baptiſmus non ad re
miſſionem peccatoꝝ: ſed ad ſupplicij teſtimoniuꝫ datur.
Pro ſolo reatu originali luunt in inferno nuper nati in
fantuli penas ſi renouati per lauacrum nō fuerint. Pro
inde qua cauſa nuper natus damnatur infans: ſi non re
generatur: qꝛ originis noxietate perimitur. Cur paruuli
peccato originali carentes per baptiſmū ⁊ nec dū ꝓpriū
habentes delictū a beſtijs peniſqꝫ ceteris laniant̄: Hec
igit̄ cā eſt. Baptiſmū eniꝫ a pena eterna non a preſentis
vite ſupplicio liberat. Et ſi a pena ꝑſenti hoīes liberaren
tur p baptiſmū: ipſum putarēt baptiſmi ꝑmiū: non illud
eternū. Ergo ſoluto reatu peccati manet tm̄ quedā tpalis
pena: vt illa vita ferueñtiꝰ requirat̄ q̄ erit a penis oībus alie
na. Nullus negat fideliū ēt poſt baptiſmuꝫ quo peccata
delent̄: quotidie q̄diu ī iſto ſeculo ſumus ad deū nos de
bere cōuerti. Qd̄ q̄uis ſine intermiſſione ſit quotidie agē
dum: nōnunq̄ tm̄ feciſſe ſufficiet. Qui in maternis vteris
ſunt: ideo cū matre baptiçari nō pn̄t: qꝛ qui natus adhuc
ſm̄ adā nō eſt: renaſci ſm̄ xp̄m nō pōt. Neqꝫ enim dici
regeneratio in eo poterit: quē generatio non p̄ceſſit. Qui
intra eccl̄iaꝫ nō ex dignitate eccleſie viuūt: ſed fidē quaꝫ
verbo tenent opibꝰ deſtruūt de ipſis legit̄. Multiplicati
ſunt ſup numerū: vt ſubaudias in regno predeſtinatoruꝫ.
Qui ſcelerate viuūt ī eccl̄ia ⁊ cōicare nō deſinūt: putātes
ſe tali cōione mūdari: diſcāt nihil ad emūdationē ſibi ꝓ
ficere: dicēte ꝓpheta. Quid eſt ꝙ dilectus meus in domo
mea fecit ſcelera multa: Nūquid carnes ſancte auferēt a
te malicias tuas: Et apoſtolus. Probet inqt ſeipꝫ homo:
⁊ ſic de pane illo edat: ⁊ de calice bibat.

De ſeptem regulis. Cap. XXV.

Septeꝫ eſſe inter cetera regulas locutionum
ſanctarum ſcripturarum quidam ſapientes
dixerunt. Prima regula eſt de dño ⁊ eius cor
pore que de vno aut ad vnum loquitur atqꝫ
in vna pſona mō caput: mō corpus oſtendit: ſi
cut Eſaias ait. Induit me veſtimento ſalutari quaſi ſpon
ſum decoratum corona. ⁊ quaſi ſponſam ornatam moni
libus ſuis. In vna enim perſona duplici vocabulo noīa
ta: ⁊ caput id eſt ſponſuꝫ: ⁊ eccl̄iaꝫ. i. ſpōſaꝫ manifeſtauit.

Proinde notādū in ſcripturis:qñ ſpecialiter caput deſcri-
bitur:quando ⁊ caput ⁊ corpus:aut qñ ex vtroqꝫ tranſeat
ad vtrūqꝫ:aut ab altero ad alterū:ſicqꝫ quid capiti qd cor
pori conueniat prudēs lector intelligat. Scđa regula eſt
de dñi corpore vero ⁊ permixto. Nam videnť quedā vni
conuenire perſone:quod tamē non eſt vnius:vt eſt illud.
Puer meꝰ es tu iſrael:ecce deleui vt nubē iniqtates tuas:
⁊ ſicut nebulā peccata tua:cōuertere ad me ⁊ redimā te:h̄
ad vnū nō ꝯgruit. Nā altera ps eſt cui peccata deleuit:cui
dicit:puer meꝰ es tu:⁊ altera cui dić. Conuertere ad me ⁊ re
dimā te. Qui ſi ꝯuertanť:eoꝝ pctā delenť. Per hanc eniꝫ
regulā ſic ad oēs loquiť ſcriptura:vt boni redarguantur
cū malis:⁊ mali laudenť cū bonis. Sꝫ quid ad quem pti
neat:qui prudenter legerit diſcet. Tertia regula eſt de lit
tera ⁊ ſpiritu.i. de lege ⁊ gratia:lege per quam precepta fa
cienda admonemur.gratia per quam vt operemur iuua-
mur:vel ꝙ lex non tm̄ hiſtorice:ſed etiaꝫ ſpiritualiter ſen
tienda ſit. Nāqꝫ ⁊ hiſtorice oportet fideꝫ tenere ⁊ ſpirita-
liter legem intelligere. Quarta regula eſt de ſpecie ⁊ ge-
nere:per quam pars pro toto:⁊ totum pro parte accipitur:
veluti ſi vni populo vel ciuitati loquatur deus:⁊ tū intel-
ligatur omnem contingere mundum. Nā licet aduerſus
vnam ciuitatem babyloniam per Eſaiam prophetaꝫ do
minus comminetur:tamen dum contra eccleſiaꝫ loqtur
tranſit ad genus de ſpecie.⁊ conuertit contra totuꝫ mun-
dum ſermonem. Certe ſi non diceret aduerſus vniuerſuꝫ
orbem:non adderet infra generaliter:⁊ diſperdam omnē
terram:⁊ viſitabo ſuper orbis mala:⁊ cetera que ſequunť
ad internitionem mundi pertinētia. Unde ⁊ adiecit. Hoc
eſt conſilium quod cogitaui ſuper omnem terrā:⁊ hec eſt
manus eius extenſa ſuper omnes gentes Iteꝫ poſtq̄ꝫ ſub
perſona babylonie arguit vniuerſum munduꝫ:rurſus ad
eandem quaſi de genere ad ſpecieꝫ reuertitur:dicens que
eidem ciuitati ſpecialiter contingerunt. Ecce ego ſuſcita-
bo ſuper eos medos. Nā regnante Balthaſar:a medis eſt
obtenta babylonia. Sic ⁊ in onus egypti ex ꝑſona eiuſdē
totum vult intelligere mundum dicendo. Et concurrere
faciam egyptios aduerſus egyptios:regnum aduerſus re
gnum:cum egyptus non multa regna:ſed vnuꝫ habuiſſe
deſcribiť regnū. Quinta regula eſt de temporibus:ꝑ quā
aut pars maior temporis per partē minoreꝫ:aut pars mi-
nor temporis per partem maiorem inducitur:ſicut eſt de
triduo dominice ſepulture:dum nec tribus plenis diebus
ac noctibus iacuerit ī ſepulchro:ſꝫ tm̄ a parte totū triduū
accipitur. Uel ſicut illud:ꝙ quadringentis annis predixe-
rat deus filios iſrael in egypto ſeruituros:⁊ ſic ide egreſſu
ros:qui tm̄ dominante Ioſeph egypto dominati ſunt:nec
ſtatim poſt quadringentos annos egreſſi ſunt vt fuerat re
promiſſuꝫ ſꝫ quadringētis triginta peractis ab egypto re
ceſſerunt. Eſt ⁊ illa de tēporibus figura:per quā quedam
que futura ſunt quaſi iā geſta narranť:vt eſt illud. Fode
rūt manus meas ⁊ pedes meos:dinumerauerūt oīa oſſa
mea.⁊ diuiſerūt ſibi veſtimēta mea:⁊ his ſimilia:in qbꝰ
futura tāq̄ꝫ ſi iā facta ſint ita dicunť. Sed cur que adhuc
facienda erant iaꝫ facta narranť. Quia que nobis adhuc
futura ſunt:apud dei eternitatē iam facta ſunt. Quapp
quando aliquid faciendū eſſe ꝓnunciať:ſm̄ nos diciť:
quando vero que futura ſunt iaꝫ facta dicunť:ſꝫ dei eter
nitatem accipienda ſunt:apud quē iam omnia facta ſunt
que futura ſunt. Sexta regula eſt de recapitulatiōe. Re-
capitulatio eniꝫ eſt duꝫ ſcriptura redit ad illud cuius nar-
ratio iā trāſierat:ſicut cū filios filiorū noe ſcriptura cōme
moraſſet:dixit illos fuiſſe in linguis ⁊ gentibus ſuis:⁊ tm̄
poſtea q̄ſi hoc ēt in h̄ ordine tēporū regritur. Et erat ingt
omnis terra labiū vnū:⁊ vox vna omnibus erat. Quomo
do ergo ſm̄ ſuas gentes ⁊ ſꝫ ſuas linguas erant.ſi vna lin
gua erat omnibꝰ:niſi qꝛ ad illud quod iam tranſierat re-
capitulādo eſt reuerſa narratio. Septia regula eſt de dia-
bolo ⁊ eius corpore:qꝛ ſepe dicunť ipſius capitis:que ſuo
magis conueniūt corpori:ſepe vero eius vſīr dicta mēbro
rum ⁊ non niſi capiti congruūt. Ex nomine quippe corpis
intelligiť caput:vt eſt illđ in euangelio de ziȥanys tritico
admixtis dicente domino. Inimicus homo hoc fecit:ho-
mineꝫ ipſuꝫ diabolū vocans:⁊ ex nomine corporis caput
deſignans. Itē ex nomine capitis ſignificatur corpus:ſic
in euangelio dicitur. Duodecim vos elegi:ſed vnus ex vo
bis diabolus eſt:iudaꝫ vtiqꝫ iudicās qꝛ diaboli corpꝰ fuit.
Apoſtata quippe angelus oīum caput eſt iniquoꝝ:⁊ huiꝰ
capitis corpus ſunt oēs iniq:ſicqꝫ cum membris ſuis vni
tus eſt:vt ſepe quod corpori eius dr̄ ad eū potius referať:
rurſum quod illi ad membra iteruꝫ ipſius deriuetur.

De martyrio. Cap. XXVI.

Dei ſeruus aduerſitate vlla non frangitur:ſed
pro veritatis defenſione vltro ſe certamini
offert:nec vnq̄ꝫ pro veritate diffidit. Sepe ex
diſcipulis ad martyriū eligunť:qui ſuos do-
ctores ad coronā precedūt:⁊ qui ſunt ordine
poſtremi:ſiunt nonnūq̄ꝫ in certamine primi. Uir ſanctꝰ
vltro ſe in agone pro certamine debet offerre iuſtitie:ſed
tamen ſi agonis fructum videt vberrimū:non debet de-
clinare laboris periculum. Qꝛ ſi maior eſt labor q̄ꝫ anima
rū lucrum:declinandus eſt labor quem minimū comita
tur augmentū. Utrūqꝫ enim fecit apoſtolus qui ⁊ pericu
lis ſe vltro dedit vbi maximū animaꝝ lucrū vidit:⁊ ſa-
pienter ſe periculo abſtulit in quo potiorē laborem q̄ꝫ lu-
crū eſſe proſpexit. Ultro ſe Paulus apud epheſuꝫ pericu
lis obtulit:qꝛ potius periculo lucrū vidit. Damaſci auteꝫ
ideo a periculo ſubtraxit ſemetipꝫ qꝛ nullū periculi ipſiꝰ
arbitratꝰ ē fructū. Diſce quomodo ſe ad martyriū offerat
q̄ſqꝫ vltro:vel quomodo iuxta ſententiam dei cingať ab
altero:⁊ quo non vult ipſe ducať:niſi ꝙ ⁊ ꝓpter gloriam
futurā de certamine iuſtus gaudet:⁊ propter paſſiōis vio
lentiaꝫ refugit ſubire qđ dolet. Accipe exemplū adeundi
ſb̄ trepidatione martyrij:de vſu bellādi in quo exercitať
q̄ſqꝫ ī prelio ⁊ ꝑ audaciā certamen aggrediť:⁊ ꝑ timoreꝫ
cūctatione moueť. Itē accipe exemplū martyrij de repa
ratiōe hūani corporis ad ſalutē:dū quiſqꝫ ⁊ de ſpe repara
tiōis gaudet:⁊ ī īciſiōibꝰ ſeu amariſſimis poculis meret.

De ſanctorum miraculis. Cap. XXVII.

Et ſi apoſtolis virtus data eſt ſignorum pro-
pter fidem gentium nutriendam:eccleſie tñ
data eſt virtus operum propter eandem fidē
ornandaꝫ. Et tamē ī ipſis apoſtolis plus erat
mirabilis virtus operū q̄ꝫ virtus ſignorum.
Ita ⁊ nūc in eccleſia plus eſt bene viuere q̄ꝫ ſigna facere.
Qꝛ nunc eccleſia non ea miracula faciat que ſub apoſto-
lis faciebat:ea cauſa eſt:quia tunc oportebat mundum
miraculis credere:nunc vero iam credentem oportet bo
nis operibus coruſcare. Nam ideo tunc ſigna fiebant ex-
terius:vt interius fides roboraretur. Iam in fide miracu
la quicunqꝫ requirit:vanam gloriam vt laudetur querit.
Scriptum eſt enim. Lingue in ſignum ſunt non fidelibꝰ:
ſed infidelibus. Ecce ſignum nō eſt fidelibus neceſſariū
qui iam crediderunt:ſed infidelibus vt cōuertantur. Nā
paulus pro non credentium infidelitate patreꝫ publij de
infirmitate febrium virtutibus curat. Infirmitatem ve-
ro timotheum fidelem:nō oratione:ſed medicinaliter tē-
perat:vt noueris miracula pro incredulis non pro fideli-
bus fieri. Anteq̄ꝫ antichriſtus appareat:virtutes ab eccle
ſia ⁊ ſigna ceſſabunt:quatenus eā quaſi abiectoreꝫ ꝑſeq̄-
tur audacius. Ob hanc vtilitatē ceſſabūt ſub antixpo ab
eccleſia miracula ⁊ ṽtutes:vt ꝑ hoc ſanctoꝝ clareat patiē

tia: ⁊ reprobozum qui ſcandaliçabuntur leuitas oſtendat ⁊ perſequentium audacia fortioz efficiatur.

¶ De antichriſto ⁊ eius ſignis. Cap. XXVIII.

Omniſq́ ſʒ xpiane pfeſſionis normā aut nō viuit: aut aliter docet: antixpˢ eſt. Pleriqʒ āt antixpi tpa nō viſuri ſunt: ⁊ tamen in mēbris antixpi inueniēdi ſunt. Anteq̃ veniat antixpˢ multa eius mēbra preceſſerunt ⁊ praue actionis merito caput propzium preuenerunt ſm apli ſniam. qui iam iniquitatis myſterium operari illum affirmat etiam anteq̃ reueletur. Magnitudo ſignorum fiet ſub antixpo: vt electi ſi fieri poteſt in errozē mittentur. Sed ſi electi: quō ſunt in errorem mittendi? Ergo ibunt in errorem turbationis ad modicū pro multitudine pdigiorum: nō tñ deiciēdi ſunt a ſtabilitate ſua terroꝝ impulſu atqʒ ſignoꝝ. Unde ⁊ ideo ponitur ſi fieri pōt: qꝛ electi perire nō poſſunt: ſed cito reſipiſcētes cordis errorem religione corrcebunt: ſcientes predictū a dño eē: vt dum hoc fecerint aduerſarij: nō cōturbent ſancti. Tam mira facturus eſt prodigia ⁊ ſigna dum venerit antixpˢ: vt ēt electis quoddā cordis gignatur ſcrupulū: qd̄ tñ cito exuperet in illis ratio: p quā ſciunt in deceptione reproboꝝ ⁊ electoꝝ probatione eadē fieri ſigna. In quo tēpore per patientiam glorioſi erunt ſancti non per miracula: ſicut martyres fuerunt priores. Illi .n. ⁊ perſecutores ſuſtinebunt: ⁊ faciētes prodigia. Proinde ⁊ durius bellū ſuſtinebūt: qꝛ nō ſolū contra perſequentes: ſed ēt contra miraculis coruſcantes dimicaturi ſunt. Grauius ſub antixpi tēporibus cōtra eccleſiā deſeuiet ſynagoga: q̃ in ipo aduētu ſaluatoris xpianos eſt perſecuta. Dum in martyres diabolus iam exercuerit crudelitatē magnā ēt ligatus: crudelioꝛ erit tñ antixpi tpibus qñ etiā erit ſoluendus. Nā ſi tanta ligatus facere potuit: quāto ſolutus faciet? Quanto propinquius finem mundi diabolus videt: tanto crudelius perſecutiones exercet: vt qꝛ ſe cōtinuo damnandum conſpicit: ſocios ſibi multiplicet cū qbus gehēne ignibus addicatur. Quanto breue tps videt ſibi reſtare diabolus vt damnet: tanto in magna perſecutionis ira mouetur: diuina iuſtitia pmittēte: vt glorificentur electi: ſordidentur iniqui: ⁊ vt diabolo durioꝛ creſcat damnationis ſententia.

¶ De reſurrectione. Cap. XXIX.

Inchoatio pacis ſanctoꝝ eſt in hac vita: non perfectio. Tunc aūt erit plenitudo pacis: dum ad dei contemplationē abſorta carnis infirmitate conualuerit. Reſurrectio mortuorum vt apſus aīt ī vir pfectū in menſurā etatis plenitudinis xpi futura eſt: in etate ſcilicet iuuentutis que profectu non indiget: ⁊ abſqʒ inclinatione defectus in pfectione ex vtraqʒ parte ⁊ plena eſt ⁊ robuſta. Quis nūc filioꝝ dei noīe homines fideles vocentur: tñ ex eo q̄ hāc ſeruitutem corruptionis patiuntur: adhuc iugo ſeruitutis addicti ſunt acceptam plenam dei filioꝝ libertatē: dum corruptibile hoc induerit incorruptionem. Nunc deus p ſpeculum agnoſcit: in futuro aūt quiſqʒ electus facie ad faciem preſentabitur: vt ipſam ſpēm ↄtempletur quā nunc p ſpeculū videre conat. In hac vita electoꝝ nūero ad dexterā ptinentiū: ⁊ reproboꝝ q ad ſiniſtrā ituri ſunt eccleſiam dei ↄplentiā fine aūt ſeculi çiçania a frumēto deſiungi.

¶ De iudicio. Cap. XXX.

Iudicij diē nouit xpˢ: ſʒ in euangelio dicere ⁊ ſcire diſcipulos noluit. Nā dum dicat idem dominus per pphetā. Dies vltionis in corde meo indicat ſe nō neſcire ſʒ nolle indicare. De domo dñi ſicut ſcriptū eſt incipit iudicium: quādo electi .i. domus dei hic per flagella iudicantur: impij vero illic ad damnationem iudicandi ſunt. Unde ⁊ ſequit. Si aūt primū a nobis: quis finis eoꝝ qui nō crediderunt? Ad diſtrictū examen iudicis nec iuſtitia iuſti ſecura eſt niſi pietate diuina: vt ⁊ ipſa iuſtitia q̄ qſqʒ iuſtus eſt deo iuſtificāte iuſtificet. Alioquin apō deū ⁊ ipſa peccatū eſt. Inde eſt qd̄ ait iob. Innocentē ⁊ impiū ipſe cōſumet. Cōſumit quippe a deo innocētius: qñ ipſa innocentia ſiq dius regſita ⁊ diuine inocentie cōparata nihil efficit niſi ⁊ ibi miſericordie pietate hō iuſtificet. Cōſumit itē a deo impius: qñ examinis diuini ſubtilitate regrit eiuſqʒ detecta ipietas iudicata damnat. Cōſumit inocētius ⁊ ipius ſil' ſine carnis: nō pena dānationis. Doct⁹ pariter ⁊ idoct⁹ moriunt: ſed morte carnis: nō pena damnationis. Oīa āt pergunt ad vnū locū: dū morte corporali in terrā ⁊ iuſtus ⁊ ipius reuertunt. Retributio aūt diſſimilis ſicut p eundē ſalomonē dr. Quid plˢ hʒ ſapiēs a ſtulto: niſi q̄ illuc pgit vbi vita eſt? Ergo oēs i terrā pariter redeūt. Nam vbi vita eſt nō pariter pergūt. Gemina punit ſētētia ipios: dū aut hic pro ſuis meritis mētis cecitate pcutit ne veritatē videat: aut dū in fine dānabit vt debitas penas exoluat. Geminū eſt diuinū iudiciū. vnū quo ⁊ hic iudicant hoies ⁊ in futuro: alteꝝ quo ppterea hic iudicant ne illic dānentur. Ideoqʒ qbuſdā ad purgationē tpalis pficit pena: qbuſdā vō hic inchoat dānatio ⁊ illic pfecta ſperat pditio. In iudicio reprobi hūanitatē xpi in q̄ iudicat⁹ ē videbūt vt doleant: diuinitatē vō eius nō videbunt ne gaudeant. Quib⁹ .n. diuinitas oſtēdit: vtiqʒ ad gaudiū demōſtrat. Pro diuerſitate cōſcientiaꝝ ⁊ mitis apparebit in iudicio xpˢ electis: ⁊ terribilis reprobis. Nā qualē qſqʒ ↄſciam tulerit: talē ⁊ iudicē habebit: vt manente in ſua trāqllitate xpo: illis ſolis terribilis appareat quos ↄſcia in malis accuſat. Due ſunt differentie vel ordines hoīm in iudicio hoc eſt electoꝝ ⁊ reproboꝝ. q tamē diuidunt i quattuoꝛ. Perfectoꝝ ordo vnus eſt qui cū dño iudicat: ⁊ alius qui iudicat: vtriqʒ tamē cum xpo regnabūt. Silr ordo reproborum partitur in duobus: dum iniqui intra eccleſiā ſūt mali iudicandi ſunt ⁊ damnandi: qui vero extra eccleſiā inueniendi ſunt non ſunt iudicandi: ſed tantū dānandi. Primus igitur ordo eorum qui iudicantur ⁊ pereunt: opponitur illi ordini bonorum de quo ſunt qui iudicantur ⁊ regnāt. Secundus ordo eorum qui non iudicantur ⁊ pereunt: opponitur illi ordini perfectorum: in quo ſunt hi q non iudicantur ⁊ regnāt. Tertius ordo eorum qui iudicātur ⁊ regnāt illi ordini eſt contrarius de quo ſunt qui iudicantur ⁊ pereunt. Quartus ordo eorum qui non iudicantur ⁊ regnāt: opponitur illi contrario ordini in quo illi ſunt qui non iudicantur ⁊ pereunt.

¶ De gehenna. Cap. XXXI.

Duplex damnatoꝝ pena eſt in gehenna: quoꝝ ⁊ mentem vrit triſticia: ⁊ corpus flamma iuſta viciſſitudine: vt qui mēte tractauerunt qd̄ perficerent corpore: ſimul ⁊ animo puniantur ⁊ corpore. Ignem gehenne ad aliquid lumen habere ⁊ ad aliquid non habere: hoc eſt habere lumen ad damnationem vt videant impij vnde doleant: ⁊ non habere ad conſolationem: ne videant vnde gaudeant. Apta fit comparatio de camino trium puerorum ad exemplum ignis gehenne. Nam ſicut ille ignis non arſit ad trium puerorum ſupplicium: ⁊ arſit ad comburenda ligamina vinculorum: ita ignis gehenne ⁊ lucebit miſeris ad augmentum penarum: vt videant vnde doleant: ⁊ non lucebit ad conſolationem: ne videant vnde gaudeant. Inter huius vite ⁊ future infelicitatis miſeriam multa diſcretio eſt. Illic enim ⁊ miſeria eſt propter cruciationem dolorum: ⁊ tenebre propter lucis auerſionem: quorum vnum in hac vita .i. miſeria eſt: aliud non eſt: in inferno autem vtrunqʒ eſt.

¶ De penis

Digitized by Google

¶ De penis impiorum. Cap. XXXII.

Sicut faſciculi lignorum ad cõbuſtionẽ de ſi milibus colligantur: ita in iudicij die ſimiles culpe rei ſuis ſimilibus iungẽtur: vt ex equo pena cõſtringat q̃ſi in faſciculũ: quos actio ſi miles fecit in malũ. Sicut vnuſqſq; ſanctus in futuro iudicio pro quãtitate virtutũ glorificabitur: ita ⁊ vnuſquiſq; impius pro quãtitate facinorum condẽ nabitur: nec deerit i ſupplicio futuro damnationis ordo: ſed iuxta qualitatem criminum diſcretio erit penarum propheta firmante. De charorũ quoq; ſuorũ ſupplicijs ad duc̃ etiã pena defunctis: ſicut apud inferos diuitis ſermo ꝑdicat euãgelicus: ſicut pro augendo inde ſupplicio dicit ẽt pſalmus. Cõmotione moueanẽ filij eius ⁊ mendicẽt. Impij ex hoc durius i iudicio puniẽdi ſũt mẽtis dolore: ex q̃ viſuri ſunt iuſtorũ glorie beatitudinẽ meruiſſe. Cum etiã videntib⁹ eſt ꝑcipitandus diabolus: q̃ñ ſub aſpectu oĩuz bonorũ angelorũ ⁊ hoĩuz cũ eis q de pte ei⁹ erunt in ignem eternũ mittẽdus eſt. Dũ ſublatus fuerit diabolus vt dãnetẽ. multi electi q in corꝑe ſunt inueniẽdi dñõ ad iudiciũ veniente metu ꝯcutiendi ſunt: videntes tali ſnĩa impiũ eſſe punitũ: quo terrore purgandi ſunt. q̃ ſi qd eis ex corꝑe adhuc peccati remãſerit: metu ipo quo diabolũ dãnari ꝯſpiciunt purgabunẽ. Hinc eſt qd ait iob. Cũ ſub latus fuerit timebunt angeli ⁊ territi purgabunẽ. Mul tos poſſe perire ex eis in die iudicij: q nũc electi eẽ vĩr ⁊ ſancti: dicente propheta. Vocabit dñs iudiciũ ad ignez ⁊ deuorabit abyſſuz multã ⁊ comedet partẽ domus. Pars quippe domus deuorabiẽ: q̃ illos ẽt iñfernus abſorbebit q nũc ſe in ꝑceptis celeſtibus gloriãẽ: de q̃bus dñs dicit. Multi dicent mihi in illa die. Dñe dñe nonne in nomie tuo ꝓphetauim⁹: ⁊ in noĩe tuo demonia eiecim⁹: ⁊ virtutes multas fecimus: Tunc ꝯfitebor illis: q̃ nunq̃ noui vos. Diſcedite a me q operamini iniquitatẽ: neſcio qui eſtis.

¶ De gloria ſanctorum. Cap. XXXIII.

Non faciet in futurũ corũ miſerũ iuſtorũ ex ꝯpaſ ſione damnatorũ cõdolẽdi affectio. vbi tñ erit ſanctorũ de dei cõtemplatione gaudiũ: vt iu ſticie nullius tribueẽ introit⁹. Sicut cõparatus color candidus nigro colori fit pulchrior: ita ⁊ ſanctorũ regēs cõparata dãnatiõi malorũ glioſor erit. Sic iuſtitia iniuſtitie: ſic virtus vitio. Creſcit q ſanctorũ gloria: dũ debita damnanẽ ipij pena. Poſt reſurrectionẽ ſanctis i carne ꝓmiſſa eſt celorũ aſcẽſio: dicẽte ad patrẽ xp̃o. Vo lo vt vbi ſum ego: ⁊ ipſi ſint mecũ. Si enim membra ca pitis ſumus: ⁊ vnus in ſe: ⁊ in nobis eſt chriſtus: vtiq; vbi ipſe aſcendit: ⁊ nos aſcenſuri ſumus.

¶ Finit liber primus de ſummo bono ſancti Iſidori Iſpalenſis epiſcopi.

¶ Incipit liber eiuſdem ſecundus.

De ſapientia. Cap. primum.

Omnis qui ſcd̃m deuz ſapiens eſt: beatus eſt. Beata vita cognitio di uinitatis eſt. Cognitio di uinitatis virtus boni opis eſt. Virtus boni opis fru ctus eternitatis eſt. Illi aũt magis ſapiẽs q̃ quẽ docuerit deus. Excelſior eſt reb⁹ oĩbus ſapia: nec eſſe põt vlla iuſtitia ſine prudẽtia. Qui ẽz ſclm ſa piens eſt: ſm deũ ſtultus eſt. Unde ⁊ ꝓpheta. Stultus inquit factus eſt ois homo a ſcientia ſua. Primum eſt ſcientie ſtudiũ querere deuz: deinde honeſtatem vite cum innocentie opere. Nullus ſapientiam dei plene recipiet niſi qui ſe ab omni abſtrahe re actionum cura contendit. Unde ⁊ ſcriptũ eſt. Sapiaz ſcribe in tempore ocij: ⁊ qui minoratur actu ipſe ꝑcipiet eam. Non ad parue intelligentie arcem peruenit: qui ſcit ſecreta dei ſe penetrare non poſſe. Tunc aũt deũ recte co gnoſcimus quando eũ perfecte ſcire nõ denegamus. In terdum quedã neſcire ꝯuenit. Nullus autẽ in culpa ma ior eſt: q̃ ille qui deuz neſcit. Inueſtigationẽ veri multo rum eſt querere: ſed paucorũ eſt inuenire. Ea ãt que ſupra hominis intelligentiaz ſunt: ſcrutanda nõ ſunt. Quicqd ſupra hominis intellectum eſt: querendũz nõ eſt. Cõſilio autẽ diuino ſeruandum eſt: vt hoc credatur eſſe iuſtitia: quod diuine placuerit voluntati. Non enim poterit eſſe iniuſtum: quod iuſto complacet iudici. Omnis ſapientia ex ſcientia ⁊ opinatione conſiſtit: melior eſt aũt ex ſciẽtia veniens q̃ ex opinatione ſententia. Naz illa vera eſt: iſta dubia. Ad maioris culpe cumulũ ꝑtinet ſcire quẽq̃ quod ſequi debeat. ⁊ ſequi nolle quod ſciat. Unde ⁊ dominus: ſeruus inquit ſciens voluntatem domini ſui ⁊ non faciẽs digne plagis vapulabit multis. Et iacobus. Scienti inq̃t bonum ⁊ non facienti peccatuz eſt. Simplicitatẽ cũ igna uia vocari ſtulticiam. ſimplicitatem vero cũ prudentia vocari ſapientiaz. Utile eſt multa ſcire ⁊ recte viuere. Qz ſi vtrunq; non valemus: melius eſt vt bene viuendi ſtu dium q̃ multa ſciendi ſequamur. Non pertinere ad bea titudinẽ ꝯſequendam ſcientiam rerũ: nec eſſe beatũ mul ta ſcire: ſed eſſe magnuz beate viuere. Nihil prodeſſe ho minem ſcire prudentiam cũ ignorantia dei. ⁊ nihil obeſſe ſcientibus deum ignorantiam mundi. Perfecte autẽ ſcit qui prius deum: ⁊ iſta non ꝓ ſe: ſed pro deo ſcit. Nihil ob eſſe cuiq̃ ſi per ſimplicitatez aliqua de elemẽtis indigne ſentiat: dummodo de deo vera pronunciet. Nã q̃uis de incorporeis corporeiſq; naturis nequeat qſq; diſputare: beatum tamen illum facit vita recta cum fide.

¶ De fide. Cap. II.

Non poſſe ad veram beatitudinem peruenire niſi per fidem. Beatũ autem eſſe: qui ⁊ recte credendo bene viuit: ⁊ bene viuẽdo fidem rectam cuſtodit. Deus ſi creditur merito in uocatur ⁊ queritur: ac per hoc tunc perfecte laudatur: quando inuocatur ⁊ creditur. Non tantum id credendum eſt quod ſenſu carnis dinoſcimus: ſed magis etiam quod intellectu mentis conſpicimus. i. deuz. Sine fide nemo poteſt placere deo. Omne. n. quod non eſt ex fide peccatum eſt. Fides nequaq̃ vi extorquetur: ſed rõ ne atq; exemplis ſuadetur. A quibus autem exigitur vio lenter ꝑſeuerare in eis nõ põt exẽplo vt ait qdam nouelle arboris: cuius ſi quis cacumen violẽter ipreſſerit ⁊ demũ dum laxatur in id quod fuerat confeſtiz reuertiẽ. Sic hõ libero arbitrio conditus ſua ſponte diuertit a deo: ita ex ꝓpria mentis conuerſione credẽdo recurrit ad deum: vt libertas agnoſcaẽ arbitrij per propriã voluntatẽ: ⁊ benefi ciũ grẽ per acceptã fidei veritatẽ. In corde reſpicit deus fidem: vbi ſe non poſſunt homies excuſare: qui ore ſimulãt veritatis profeſſionẽ: ⁊ corde retentant erroris ipietatem. Sicut nihil ꝓficit fides q̃ ore retineẽ ⁊ corde nõ crediẽ: ita nihil profutura ẽ fides q̃ corde tenetur ſi ore nõ ꝓfi teatur. De tali. n. fide ꝓpheta ita quoſdã obiurgat dicẽs. Perijt fides ablata ẽ de ore eorũ. Fides. n. q̃ corde crediẽ: ꝯfeſſiõe oris ad ſalutẽ ꝓferẽ. Uacuã eẽ ſine opib⁹ fidẽ: ⁊ fruſtra ſibi de ſola fide blandiẽ: q bonis opib⁹ nõ ornaẽ. Qui crucẽ portat: deo ⁊ mũdo mori. Nõ ferre crucẽ ⁊ mori mortificare ſeipz ẽ: ferre ⁊ nõ mori ſimulatio hypocritarũ

Digitized by Google

eſt. Qui per fidē cognitionē dei hñt ⁊ operibus obſcurā-tur. exēplum balaam ſequuntur ꝗ cadens opere apertos oculos habuit per contemplationis fideꝫ. Carnales fidē non pro virtute animi. ſed pro cōmodo querere tēpali. Unde ⁊ dominus dicit. Queritis me nō qꝛ vidiſtis ſigna: ſed qꝛ manducaſtis de panibus meis. Chriſtianus malus dum ſm euangelij doctrinam non viuit: etiam ipſaꝫ fidē quā vbo colit oborta tētatiōe facile pdit. Multi fide tñ xpiani ſunt. ope vō a xpiana doctrina diſſentiunt. Multi quoqꝫ fidē xpi ex corde non amāt. ſed hūano terrore eandem p hypocriſiꝫ tenere ſe ſimulāt. Et ꝗ eſſe nō pñt aperte mali p terrorē ficte boni noſcūt. Amatores mūdi repugnāt aliqñ ꝓ fide ⁊ alijs qdē pficiūt. ipſi vō amore terre no īplicati celeſtia nō regnunt: ſꝫ vbo tñ fidē defendunt. Quidā ꝓ fide ēt hereticos inſequunt. ſꝫ p arrogantiā eos ꝗ intra ecctiā ſunt ꝯtēnūt. Aduerſarios qdē fidei cōfutāt pro infidelitate. ſed fideles premunt faſce ſuperbie.

De charitate. Cap. III.

Quamuis nōnulli fide atqꝫ opibus ſanctis eſſe videantur participes: tñ qꝛ priuant charitate fraterne dilectionis: nullū hñt incrementum virtutis. Nā ſicut ait aplus. Si tradidero corp⁹ meū ita vt ardeā charitatem aūt nō habuero nihil mihi ꝓdeſt. Sine amore ⁊ charitate ꝗuis quiſqꝫ recte credat: ad beatitudinem peruenire nō poteſt. qꝛ tanta eſt charitatis virtus: vt etiaꝫ ꝓphetia ⁊ martyriuꝫ ſine illa nihil eſſe credantur. Nullū premiuꝫ charitatis penſatur. Charitas. n. vtutū oium obtinet pncipatū. Unā ⁊ vinculū pfectionis charitas ab aplo dicit: eo ꝙ vniuerſe vtutes eius vinculo religent. Dilectio dei morti ꝯparat: dicēte ſalomōe. Ualida ē vt mors dilectio. iccirco qꝛ ſicē mors violenter ſeparat aīam a corporeīta ⁊ dilectio dei violenter ſegregat hoīeꝫ a mundano ⁊ carnali amore. Qui dei ꝓcepta ꝯtēnit: deuꝫ nō diligit. Neqꝫ. n. regem diligimus: ſi odio leges eius habem⁹. Tenēda eſt cū ſanctis viris vnitas charitatis. ⁊ ꝗto ſe qſqꝫ ſubtrahit mundo: tāto opus eſt vt ſe aſſociet bonoꝝ ꝯſortio. Charitas in dilectiōe dei ⁊ ꝓximi ꝯſtat. Seruat āt in ſe dilectionē dei ꝗ a charitate nō diuidit ꝓximi. Qui a fraterna ſocietate ſecernit a diuine charitatis participatione priuat. Nec poterit deū diligere ꝗ noſcit ī ꝓximi dilectiōe errare. Xps deus eſt ⁊ hō. Totū ꝗ xpm nō diligit ꝗ hoīem odit. Bonoꝝ diſcretio eſt nō odire ꝑſonas: ſed culpas: ⁊ recta dicta pro falſis nō ſpernere: ſed ꝓbare. Qui imperfecti ſunt in dei amore ſepe ſe a vitijs ſeparare diſponunt: ſꝫ pondere vitioꝝ grauati: rurſus ad ea vitia que optant relinquere reuoluūtur.

De ſpe. Cap. IIII

Qui male agere non deſiſtunt. vana ſpe indulgentiam de dei pietate requirunt. Quam recte quererent: ſi ab actione praua ceſſarent. Metuendū valde eſt vt neqꝫ p ſpem venie quaꝫ ꝓmittit deus pſeuerantur peccemus. neqꝫ qꝛ iuſte peccata diſtringit veniam deſperemus. ſed vtroqꝫ periculo euitato ⁊ a malo declinemus ⁊ de pietate dei veniam ſperemus. Omnis quippe iuſtus ſpe ⁊ formidine nititur. qꝛ nunc illum ad gaudium ſpes erigit nunc ad formidinem terror gehenne adducit.

De gratia. Cap. V.

Nterdum peccantibus nobis deus dona ſua non retrahit. vt ad ſpem diuine propitiatiōis mens humana conſurgat. Nam non poteſt cōuerſum ſpernere: qui peccantē ſuis beneficijs prouocat ad ſe redire. Confeſſionem hoīs nō eſſe humane virtutis. Nam ſi confeſſionem boni operis non in nobis deus operatur. cur per prophetam dicitur: confeſſio ⁊ magnificentia opus eius: Ab illo. n. nobis oīa bona grā preueniente donant. Nā nihil boni opis dedimus p qḋ ꝯfeſſionē fidei accipe meremur. Profect⁹ hoīs donum dei eſt. Nec a ſe pōt quiſꝗꝫ. ſꝫ a dño corrigi. Nō. n. quicꝗꝫ boni hꝫ ꝓpriū hō: cuius via nō eſt eius: teſtante ꝓpheta. Scio dñe qꝛ nō eſt hoīs via eius: nec viri eſt vt ambulet ⁊ dirigat greſſus ſuos. Sciant liberi arbitrij defenſores nihil poſſe hoīes in bonū ſua ꝓualere vtute: niſi diuine gratie ſuſtentent iuuamine. Unā ⁊ per ꝓphetā dñs dicē. Perditio tua iſrael. tñ in me auxiliū tuum: qſi diceret: vt pereas tuo merito. vt ſalueris meo auxilio. Hoīs meritū ſuperna gratia. non vt veniat inuenit. ſꝫ poſtꝗꝫ venerit facit: atqꝫ ad indignā mentē veniens facit in ea meritū qḋ remuneret: ꝗ ſolū inuenerat qḋ puniret. Quid. n. eꝫ ſe ille latro meruit ꝗ de faucibus īferni crucē aſcendit: de cruce paradiſuꝫ adijt: Reus qdē ille ⁊ fraterno ſanguine veniſcruentus: ſꝫ diuina grā in cruce mutat⁹. Sciendū ꝙ ⁊ nrā ſit iuſtitia ī hiſ ꝗ recte agimus: ⁊ dei gratia eo ꝙ eā meremur. Hec. n. ⁊ dantis dei ⁊ accipiētis eſt hoīs. ſicut ⁊ panē noſtrū dicimus. quē tñ a deo accipere poſtulamus. Ꝑ purī talis gratia nō hoibus diſtribuitur. ſꝫ tantūmodo electis donat. Nō. n. oīuꝫ eſt fides quā qdē ⁊ ſi plurimi ſuſcipiūt opus tñ fidei non ꝯſequunt. In diuiſione donorū diuerſi ꝑcipiunt diuerſa dei munera: nō tñ ꝯceduntur vni oīa: vt ſit pro humilitatis ſtudio ꝙ alter adiuuet in altero. Nā ꝙ ī ezechiele aīalium ale altera ad alterā ꝑcutiunt vtutes deſignant ſanctoꝝ: mutuo ſeſe affectu ꝓuocantiū: atqꝫ alterno exēplo inuicē ſeſe erudiētiū. Munera gratiaꝝ alia iſti: alia vō donant illi. Nec dant ita habere vni: vt non egeat alter⁹. Poſſe fieri non ē dubiū: vt hi quos qdā virtutū excellentia antecedunt: dei repentina ꝓuenti gratia: quoſdā cōpendio ſanctitatis ꝑuenīāt. ⁊ dū ſint ꝯuerſione poſtremi. ſubito efficiunt vtutis culmine primi. Dū qſqꝫ aliqḋ donū accipit. non appetat amplius ꝗꝫ qḋ meruit. ne dū alterius mēbri offm arripere tētat: id qḋ meruit ꝑdat. Conturbat. n. corporis ordinē totū ꝗ nō ſuo ꝯtent⁹ officio ſubripit alienū. Mali dona iō ad damnationē accipiunt qꝛ illis non ad dei laudē ſꝫ ad ſuā vanitatē vtunt. Bonis male vtunt ꝗ ea ꝗ a deo illis donata ſunt. in malos vſus aſſumunt ſicut ingeniū: ſicē ⁊ cetera dei dona. Multis dei donis gaudem⁹ ꝗ nos ob eo ꝑcepiſſe cognoſcimus. Nā qḋ ſapientes ſumus: ꝙ diuites: ꝙ potētes exiſtimus: nō alterius: ſꝫ poti⁹ diuino mūere ſumus. Utamur ꝗ optime diuinis bñficijs. quaten⁹ ⁊ deū non peniteat dediſſe: ⁊ nobis accepiſſe ſit vtile. Sicut auferre de⁹ dr̄ hoi donū aliqḋ qḋ hō nō habuit: id eſt qḋ accipe nō meruit. ſic ⁊ obdurare dr̄ deus hoīem nō eius faciendo duriciā. ſꝫ nō auferēdo eaꝫ quā ſibi ipſe nutriunt. Nō aliter ⁊ obcecare dr̄ quoſdā de⁹ nō vt in eis eandē ipſe cecitatē faciat. ſꝫ ꝙ ꝓ eoꝝ inutilibus meritis cecitatē eoꝝ ab eis ipſe nō auferat. Pleriſqꝫ dei dona dant ꝑſeuerantia vō doni nō datur. Et ide eſt ꝙ qdā ꝑncipia hñt ꝯuerſiōis bona: fine vō malo clauduntur. Electi vō ⁊ ꝯuerſionis dona accipiunt ⁊ ꝑſeuerantiā doni. Ea ergo cā eſt ꝙ qdā ⁊ bñ incipiunt ⁊ bene finiunt.

De predeſtinatione. Cap. VI.

Gemina eſt predeſtinatio: ſiue electorum ad requiem: ſiue reproboꝝ ad mortem. Utraqꝫ agit diuino iudicio vt ſemper electos ſuperna ⁊ interiora ſeqꝫ faciat: ſemperqꝫ reprobos vt infima ⁊ exteriora delectentur deferēdo permittat. Sicut ignorat hō terminum lucis ⁊ tenebrarum vel vtriuſqꝫ rei quis finis ſit: ita plenius neſcit quis ante ſuum finem luce iuſtitie preueniatur. vel quis peccatorum tenebris vſqꝫ in ſuum terminū obſcuret. aut quis poſt lapſuꝫ tenebraꝝ ꝯuerſus reſurgat ad lucē. Cūcta hec deo patēt: hoibus vō latēt. Certis iuſtoꝝ ꝯuerſatio in hac vita ꝓbabilis ſit: incertū tamen hoibus eſſe ad queꝫ ſint finem:

Digitized by Google

finẽ ꝓdeſtinati ſed oĩa reſeruari futuro examini. Mira diſpoſitio eſt ſuperne diſtributiõis ꝑ quã hic iuſtus amplius iuſtificatur: ipius ampli⁹ ſordidatur. malus ad bonũ aliqñ cõuertitur: ⁊ bonus ad malũ aliqñ reflectitur. Uult qs eẽ bon⁹ ⁊ nõ valet: vult alter eẽ mal⁹ ⁊ nõ ꝑmittitur iterire. Datur ei ꝗ ſit mal⁹ q vult eẽ bon⁹. alius nec vult nec datur ei vt ſit bonus. Iſte naſcitur i errore ⁊ moritur: alle i bono quo cepit vſq; ad finẽ ꝑdurat. Tãdiu i bono iſte ſtat quouſq; cadat: ille male diu viuẽdo i fine ſaluatur reſpectuſq; cõuertitur. Uult ꝓdeſſe i bono iuſtus: nec ꝓualet. vult nocere malus ⁊ ꝓualet. Iſte vult deo vacare: ſz ſeculo ipeditur. ille negocijs ipliari cupit nec ꝑficit. Dominatur malus bono: bon⁹ damnatur ꝓ impio. ipius honoratur ꝓ iuſto. Et in hac tãta obſcuritate nõ valet homo diuinam ſcrutari diſpõnem: ⁊ occultũ ꝓdeſtinationis perpendere ordinem.

De conuerſis. Cap. VII.

ad exercitiū vtutū ſalubri vtilitate cōuertit. Jnſidie dia/
boli atq; aſtutie q̄uis huc atq; illuc q̄rentes quē deuorēt
diffundanť: a ptāte tñ diuina nō egrediunť ne tantuȝ no
ceāt quātū malicioſe cōtendūt. Nam q̄uo ſanctorū vtus
tanta tolerare potuiſſet: ſi ſuperna diſpēſatio pio modera
mine neq̄tiaȝ demonū nō refrenaret: Et licȝ diabolus tē
tationē iuſtis ſemꝑ inferre cupiat: tñ ſi a deo poteſtatē nō
accepit: nullatenus adipiſci pōt qđ appetit. Unde ⁊ oīs vo
lūtas diaboli iniuſta ē: ⁊ tñ ꝑmittēte deo omnis poteſtas
iuſta. Ex ſe. n. tentare quoſlibet iniuſte appetit: ſȝ eos ꝗ tē
tandi ſunt: ⁊ prout tentandi ſunt: nō niſi tentari deus iu/
ſte ꝑmittit. Unde etiā in libris regū de diabolo ſcriptū ē:
ꝗ2 ſpūs dñi malus irruebat in ſaul: vbi iuſte q̄riť: ſi domi
ni: cur malus: ſi malus cur dñi dicať: Sȝ duobus verbis
ꝯprehenſa eſt ⁊ dei ptās iuſta. ⁊ diaboli voluntas iniuſta.
Nā ſpūs malus ꝑ neq̄ſſimā volūtatē. ⁊ idē ſpus dñi ꝑ ac/
ceptā iuſtiſſimā ptātē. Diabolus nō ē īmiſſor: ſȝ īcētor po
tius vitioꝝ. Neq;. n. alibi cōcupiſcentie fomēta ſuccēdit:
niſi vbi ꝓus praue cogitatiōis delectatiōes aſpexerit: ꝗ ſi a
nob ſperniť: ſine dubio ille ꝯfuſus abſcedit: ſtatimq; frā
gunť iacula ꝯcupiſcētie eius: ꝯtēpteq; iacēt: ⁊ ſine luce fa
ces illiꝰ. Sollicite hoſtis īſidias itelligeř pariter ⁊ cauere
dei ſeruū oȝ: ſicq; inocētia vite exiſteř ſimplicē: vt tñ opor
teat cū ſimplicitate eē prudētē. Qui prudētiā ſimplicitati
nō miſcet: iuxta ꝓphetā colūba ē ſeducta nō hñs cor. Sȝ
iō colūba: ꝗ2 ſimplex. iō aūt cor nō hñs: ꝗ2 ignara prudētie
ē. Sepe fraus ſathane ſanctoꝝ cordibꝰ aperiť: qñ ꝑ ſpeciē
boni angelū ſe ſimulans lucis: duȝ nitiť electos decipere

detegiť atq; ꝯtemniť. Sic ⁊ v̾ba fallacis doctrine de⁹ ſanctos ſuos facit intelligere: q̄tenus diabolicū errorē interius cognoſcāt ac ſollicite caueant. Diſcretio ſanctoꝝ tanta eē dʒ vt inter bonū ⁊ malū prediti rōne dyiudicēt: ne eos diabolus p ſpēʒ boni fallat. Hoc ē.n. pcunctatio Joſue dicentis. Noſter es an aduerſarioꝝ. Propter hoc ⁊ hyeremie diciť. Si ſeparaueris p̄cioſum a vili. q̄ſi os meū eris. Tunc.n. bene de ſe iudicant ſancti qn̄ ab eis deus fallacia demonū tentamēta facit intelligi. Multi decipiunť a diabolo. ⁊ ignorāt ſe eē deceptos Oſee pphete teſtimonio declarante. Comederūt inq̄t alieni robur eius ⁊ ipſe ignorauit. Alieni nāq; maligni ſp̄us ſignificanť q v̄tutes mentis comedūt: ſʒ hoc corda negligētiū nō itelligunt. Tāq̄ inermis diabolus vinciť: qn̄ de aperta iniq̄tate hoiem deprauare conať. Armatus v̄o tūc incedit: duʒ p ſpēm ſanctitatis ⁊ v̄tutis ea q̄ ſancta ſunt deſtruit: qn̄ ⁊ q decipiť ſua detrimenta nō ſentit: ſʒ tanq̄ ſint v̄tutes q̄ ſunt vitia ſectať ⁊ diligit. In oculis carnaliū diabolus terribilis eſt: in electoꝝ occulis terror eius vilis ē. Ab icredulis vt leo timeť: a fortibus in fide vt v̾mis ꝯtēniť: atq; ad momentum oñſus repelliť. Qui ſuggeſtiões diaboli nō recipit: in eius inſidias minime tranſit. Naʒ facile in ꝯſti opere repellitur: ſi p̄ma oblectamēta illius reſpuanť. Diabolus.n. ſerpens ē lubricus: cuius ſi capiti: id eſt p̄me ſuggeſtioni nō reſiſtiť: totus in iterna cordis dū nō ſentiť illabiť. Tentationū diabolicaꝝ initia fragilia ſunt: q̄ ſi nō caueanť: ſʒ p vſum in cōſuetudinē tranſeant: in nouiſſimis fortiter cōualeſcunt. ita vt aut nunq̄ aut cū difficultate vincantur. Cuʒ in tota vita diabolus hoiem p̄uaricari cupiat: amplius tñ in fine molitur decipere. Hinc ē qđ in p̄ncipio cōtra ꝓthoplaſtuʒ ſerpenti eſt dictū. Et tu iſidiaberis calcaneo eius: qꝛ nimirū hoiem quē diabolus incurſu p̄terite vite nō decepit: in nouiſſimis ſupplātare diſponit. Proinde q̄uis quiſq; ſit iuſtus: nunq̄ neceē eſt vt ſit in hac vita ſecurus: ſʒ ſemp humilis caueat: ſemperq; ne in fine corruat ſollicitus p̄timeſcat. Diabolus ſuis fautorib⁹ blandiť: dei vero ſeruis moliť tentamēta ꝯria exemplo dñi: q ſe poſt baptiſmū paſſus eſt a diabolo tentari. Diabolus ſanctos oēs nō tenendo poſſidet: ſed tentando pſequiť. Nam qꝛ nō in eis itrinſecus regnat: cōtra eos extrinſecus pugnat. Et q itrinſecus amiſit dominiū: exterius ꝯmouet belluʒ. Tunc ꝯ euʒ quē poſſidet diabolus acrius ſeuit: qn̄ ſe v̄tute diuina ab eo expellendū cognoſcit. Unde imundus ſpiritus tunc decerpſit grauius pueruʒ in quo habitabat: qn̄ ad xp̄i imperiū exire ab eo coactus eſt. Quod factuʒ ⁊ ad iob v̾ba reſpicit: vbi in nouiſſimis vehemoth caudā ſuaʒ q̄ſi cedrus abſtringit. Plus ꝯtra eos diabolus diuerſis tentationibus inſiſtit q poſſunt ⁊ aliis ſua vtilitate pdeſſe: vt dum illi impediunť: nō proficiant q docendi ſunt. Malignus ſp̄us hoc qđ intra nos mundare cupimus: ſine intermiſſiōe tentat iteꝝ ſordidare. Sācti aūt eoꝝ inſidias preſago ſpū ꝓcognoſcūt: ⁊ q eod i ſemetipſis terrenū ſentiunt idefinēter opērib⁹ ſanctis exhauriūt: vt de intimis puri inueniant. Eodē blandimēto decipiunť nūc p diaboluʒ homines: quo ꝓthoplaſti i paradiſo ſunt decepti. Multis.n. vitioꝝ p̄ſtigiis mentes reproboꝝ tentādo deludit. Nunc eniʒ promiſſis decipit: nūc rebus tranſitoriis quaſi neceſſariis illicit: nūc ēt ipſa iferni ſupplicia q̄ſi leuia ⁊ trāſitoria ſuggerit: q̄ten⁹ miſeꝝ corda in cupiditatē laſciuiāq; diſſoluat: ſecūq; ad tartara ducat. Argumēta machinationū malarūq; cogitationū ſemina que in cordibus hoium diabolus fundit: ita ſepe vndiq; capti implicāt mentē: vt ex q̄ pte euadere q̄ſq; tentauerit: ſine periculo exire nō poſſit: veluti ſi iures hoc facere: quod ſi feceris pecces: ſi nō feceris reus piurii ſis. In tanto q mali diſcrimine vt euadendi adit⁹ pateat: minora potius eligēda ſunt: vt maiora viteнť. Diabolus qn̄ decipe quē q̄ q̄rit: p̄us nām vniuſcuiuſq; intēdit ⁊ inde ſe applicat: vn̄ aptū hoiem ad peccandū inſpexerit. Ex ea pte hoies diabolus tentat q̄ eos ꝓ exreſcente humore facile inclinari ad vitia ꝯſpicit: vt ſm humoris ꝯſperſionē adhibeat ⁊ tētationē. Lege balaam q in figura diaboli ꝯ populū dei ex ea pte p̄cepit p̄nitioſos pretendere laqueos: ex q̄ ſenſit eos facilius eſſe lapſuros. Nam ⁊ q aquam alicubi deducit: nō eaʒ p aliā ptem mittit niſi vbi ipetū eius intēderit. Nullus culpaʒ exiſtimet quā ex ꝯſperſione ꝓpria ſuſtinet: ſʒ quantū valet ꝯtra id qđ tolerat pugnet. Nam ſi cōpaſſioni cediť tētationi vel vitio nequaq̄ reſiſtitur. Ideo diabolus in ſacris eloquiis vehemoth id eſt aial diciť: qꝛ de celis lapſus ad terras cecidit iuxta pſalmiſtaʒ iumētis inſipientibus cōparatus. Ideo leuiathā: id ē ſerpens de aq̄s dr̄: qꝛ in hui⁹ ſeculi mari volubili v̾ſať aſtutia. Auis v̄o ꝓpterea nominať: qꝛ p ſupbiaʒ ad alta ſuſtolliť. Et recte his tribus vocabulis appellať: qꝛ ꝓ ſuo merito aerem q̄ſi auis ꝓ carcere meruit: vehemoth terrā: qꝛ vt aial brutuʒ in imis delectať. ſerpēs eo q in hui⁹ ſeculi mari inſana iacteť fluctuatione. Ex inde.n. q p mēbra ſua diabolus operať: ſortiť vocabula: ita vt qđ ſinguli agūt incitante illo ipſe nomineť ex eo. Quē .n. nō decipit diabolus: vnde animal eſt: hoc ē per carnis luxuriam tentat: vnde ſerpens eſt: hoc eſt cupiditatis ac nocēdi malicia. Queʒ autem nec ſic decipit: inſidiať ei: vñ auis eſt: hoc eſt ſuperbie ruina. Undiq;.n. dolos preparat quouſq; inueniat viam per quā incautuʒ decipiat. Aliud ē intrare mentē cuiuſq̄ diabolū. aliud v̄o ihabitare: naʒ ⁊ in cordibus ſanctoꝝ diabolus ingrediť dum malā ſuggeſtionē iſinuat. ſʒ nō habitat in eis. qꝛ in ſuo corpore nō eos trāſducit. Qui v̄o in corpore ei⁹ ſūt: ipſos ihabitat: qꝛ ipſi ſunt tēpluʒ ei⁹. Et ſi ſubrepat mentib⁹ electoꝝ diabolus: nō aūt i eis regeſcit ſicͭ i cordib⁹ reproboꝝ: nā calore fidei mox excitať vt exeat ab electis. Nonnulli quos iā auido ore diabolus deuorauerat: rurſus diui iudicii occulta miſeratiōe ab ei⁹ ore eripiūť ⁊ ſaluti reſtituūť. Nā ſepe multos quos ātiquus hoſtis luxurie voragine imerſos tenuit: potētia diuina p penitentiam ab eius faucib⁹ trahit. Quomō bonoꝝ interituʒ ꝓpheta electā dicit eſſe diaboli eſcā: dū alibi ſcriptuʒ ſit de illo. Fenū ſicut bos comedit: niſi q in oculis dei fenū ſunt: q electis cibus v̄ʒ hoies eē videť. Ac p hec q de bonoꝝ numero pereūt: apud hoies electi: apud deū fenū exiſtūt. Eū diabolus iaʒ deglutiſſe dr̄: quē iaʒ pfecto ſcelere deuorare videť. Euʒ v̄o quē non deglutiuit operis pfectiōe: ſʒ tētationū illecebris mordet vt deuoret: adhuc quaſi in maxilla mandit. Un̄ ⁊ Paulus hʒ ſtimulos carnis q̄bus humiliať: nō hʒ peccandi pfectiōeʒ qua degluttať. Os diaboli verba ei⁹ ſunt. Uerba v̄o eius inſpiratiōes occulte ſunt: q̄b⁹ corda hoium alloquens occultis vrit cupiditatib⁹. Quidā ob incorrigibilē iniq̄tateʒ: qꝛ ſponte nō corriguntur. immundis ſpiritibus vexandi traduntť: vt arripiendi eos demones corporaliter habeāt poteſtatē: terroribuſq; eoꝝ afflicti humilientur: penitēāt ⁊ ſaluenť. Sicut ⁊ apoſtolus corinthiis ſcribēs dic. Tradere h̄ꝫ hoieʒ ſathane i interitū carnis vt ſp̄us ſaluus ſit in die domini. Utile eſt eniʒ quoſdam peccātes vt in anima ſaluenť: ſathane corporaliter deputari: quatenus ex p̄ſenti correptione futurum iudicium timeant: ⁊ de cetero delinquere caueant. Quidam autem poteſtati demonuʒ ad emendationem deputantur: quidam vero deſpecti ad ſolam perditioneʒ traduntur. Nunq̄ vacat diabolus aduerſus hominē iuſtum. Aut enim tribulationes cordis illi exaggerat: aut dolores corporis ſuſcitat. Hinc ē qđ apoſtolus ait. Datus ē mihi ſtimulus carnis mee angelus ſathane q

thane q

Digitized by Google

tbane q̄ me collapbiçet. Sepe mentē iuſti varijs vexatio nū dolorib⁹ vis demonū cruciat: vn̄ ⁊ iterdum vſqꝫ ad deſperatiōis anguſtiā coartaī. Permanenti aūt in dei amore aīe ⁊ ipſa talis anguſtia ad meritū ꝓficit. Nam ſiue in aīo ſiue in corpore ꝑ inſtinctū imundoꝝ ſpūū ꝗlibet aduerſa iuſtus patiaī: ex dei vtiqꝫ ꝑmiſſu id patiī. Et ſi hoc ipm̄ ad dei gloriā humilis referat: ⁊ dicat qđ ꝓ corporis paſſione Job dixit. Si bona ſuſcepimus de manu dn̄i: mala aūt q̄re nō ſuſtineam⁹: iſte q̄ ſic loqtur nō ſeparaī a deo: ſed coniungiī: ꝗlibet atroci anguſtia torqueat. Multa iuſtus aduerſa in aīa patiī inſtigatiōe demonū: ſꝫ talib⁹ tentamētis perire a vita eterna nō pōt: q2 pius dn̄s ad dānationē culpe nō reputat qđ de ſue maieſtatis ꝑmiſſu: nolēs q̄ patiī portat. Nā ibi peccam⁹ vbi cupiditate vł voluntate deflectimur. Ubi vō violēter addicimur ⁊ ſi facin⁹ aut flagitiū nō ē: miſeria tn̄ ē ꝑ flagitio ⁊ facinore ē. Sꝫ q̄ deū ꝓ irrogata laudat iniuria: ꝯmiſſo ꝓcul dubio caret facinore.

De tētamentis ſomnioꝝ. Cap. VI.

Pleruꝗꝫ demones in noctibus occurrētes humanos ſenſus per viſiones cōturbant: vt formidoloſos ⁊ timidos faciāt. Aliquotiens etiā ex deſperatione peccatoꝝ mentem cōuerſi ꝑ ſaporē ꝯturbant: horridaqꝫ gehēne ſupplicia īmittunt. Nōnunꝗ̄ aūt ⁊ aperta ipugnatione graſſantes humana corpora verberant: qđ tn̄ deo ꝑmittente malis fit ad vindictā: iuſtis ad tolerātie gloriā. Pleruꝗꝫ īmundi ſpūs eos quos incūbere in ſeculi amore cōſpiciūt: dormientes q̄dā vana ſpei ꝓſperitate illudunt. Quoſdaꝫ vō quos formidare aliq̄ aduerſa ſentiunt: dormiētes inani terrore ꝯcutiūt. Sicqꝫ miſeroꝝ corda varijs illuſionib⁹ tētantes mō vana ꝓſperitate demulcent: mō inani formidine terrēt. Qui aūt nullis aut raris conſcij ſunt delictis: aut nūq̄ aut raro terrorib⁹ fatiganī nocturnis: ſꝫ pacato ſomno qeſcentes: interdū etiā ꝑ ſaporeꝫ q̄dam archana ⁊ myſtica cōtueīī ac vident. Qui vō corda ſua grauiorib⁹ vitijs polluerūt: ꝯſcientie pauore illuſi ſpecies tremēdas aſpiciūt. Fallax. n. imago mētes miſeroꝝ diuerſis alludit imaginib⁹: ⁊ quos vigilātes in vitia trahit: dormiētes fatigat: vt nunꝗ̄ ſecuros regeſcere ſinat. Nōnūq̄ ēt electoꝝ mentes horrēdis imaginib⁹ ſomnioꝝ ſpūs imundi terrificare conanī: ⁊ quos vigilantes vitijs tētant nec ſuperant: acriter dormiētes ipugnant. Sancti aūt ⁊ ſi ad momētū hͧ viſionib⁹ ꝯmoueanī: mox tn̄ euigilantes illuſionū vanitates deſpiciūt: intētionēqꝫ ſuā ꝓtinus ad deū ꝯuertūt. Diuerſe q̄litates ſunt ſomnioꝝ. Quedam. n. ex ſaturitate ſeu inanitione occurrūt: q̄ etiā ꝑ experientiam nota ſunt. Quedā vero ex ꝓpria cogitatione oriunī. Naꝫ ſepe q̄ in die cogitamus: eā noctib⁹ recognoſcimus. Nōnulle aūt viſiones ſpirituū imundoꝝ fiūt illuſiōe Salomone ꝓbāte. Multos inq̄t errare fecerūt ſōnia ⁊ illuſiōes vane. Porro q̄dā iuſto fiūt mōꝫ id ē ſuperne reuelatiōis myſterio: ſicut legiī in lege de Joſeph filio Jacob: q̄ ꝑ ſomnia fratribus ꝓferendus prediciī: vel ſicut in euangelio de Joſeph ſpōſo Marie q̄ vt fugeret cū puero in egyptū ſomnio admoneī. Nōnunꝗ̄ ⁊ ꝑmixte accidūt viſiōes. i. cogitatiōe ſimul ⁊ illuſiōe. atqꝫ iteꝫ cogitatiōe ⁊ reuelatiōe Daniele dicente. Tu inq̄t rex cogitare cepiſti in ſtratu tuo q̄d eēt futuꝝ poſt hec: ⁊ q̄ reuelat myſteria oſtēdit tibi q̄ futura ſunt. Et inde ſepe ea in q̄b⁹ cogitationū noſtraꝝ ſenſū porrigimus: quodā mētis exceſſu reuelanī dum regeſcimus. Quāuis nōnulla vā ſint ſōnia: facile tn̄ credi eis nō opus eſt: q2 diuerſis imaginationū q̄litatib⁹ oriunī: ⁊ vn̄ veniāt raro cōſideraī. Taꝫ facile igiī ſomnijs fides habēda nō ē: ne forte Sathanas ī angelū lucis ſe trāſformans quēlibet icautū fallat: ⁊ aliq̄ erroris fraude decipiat. Nōnūq̄ interdū demones deceptoria fraude ita quoſdā curioſos obſeruanteſqꝫ illudunt: vt q̄daꝫ ſomnia nō aliter eueniāt q̄ oſtendunī. Ut. n. in multis fallant: interdum ⁊ vera ꝓnunciant. Sꝫ q̄uis ita accidāt: ꝯtēnenda ſunt ne forte de illuſione ꝓcedant: recolētes teſtimoniū ſcripture dicētis. Si dixerint vobis ⁊ ita euenerit nō credatis. Somnia ſimilia ſunt augurijs: ⁊ q̄ ea intendunt reuera augurari noſcunī. Nō eē vera ſomnia q̄ cogitās animus die noctuqꝫ ſibi imaginaī. Mentes. n. noſtre nonnunꝗ̄ ipſa ſibi ſomnia fingunt. Sepe dum priora mala ꝑ triſteꝫ memoriam ad menteꝫ reducunī: ꝑ hec gehēne vindictā in nobiſipſis recolendo imaginamur. Duiōi mentis imaginationes q̄ aut de ꝑteritis admiſſis: aut de futuris ſupplicijs memoria vigilantibus fiunt: ⁊ ꝑ viſiones ſomniaqꝫ occurrūt: ⁊ cogitantiū mentes cōcutiūt. Naꝫ vna vi memorie fiunt vtraqꝫ: ſiue vigilantibus ſiue dormiētibus nobis. Tali. n. admonitiōe horribili pauore etiam ꝑ quietē ꝯcutimur: ⁊ q̄ grauia ſunt q̄ ꝯmiſimus: ⁊ q̄ dura q̄ ꝑtimeſcimus: mētis aſpectu etiā in ſomno cōtēplamur. Nō eſſe peccatum q2 nolentes imaginibus nocturnis illudimur: ſed tunc eē peccatū ſi anteꝗ̄ illudamur cogitatiōis affectibus preueniamur. Luxurie quippe imagines quas in veritate geſſimus. ſepe dormiētibus in animo apparent: ſꝫ innoxie: ſi nō cōcupiſcendo occurrant. Qui nocturna illuſione polluiī: q̄uis ⁊ ſi extra memoriaꝫ turpiū cogitationū ſeſe perſentiat ingnatum: tn̄ hoc vt tentareī culpe ſue tribuat: ſuāqꝫ īmundiciam ſtatim fletibus tergat.

De oratione. Cap. VII.

Hoc eſt remediū eius q̄ vitioꝝ tentamētis exeſtuat: vt quotiēs quolibꝫ tangiī vitio totiens ad orōnem ſe ſubdat: q2 freq̄ues oratio vitiorum īmpugnationē extinguit. Tamen perſeueranter intendere oꝫ animū noſtrū orando atqꝫ pulſando: quouſqꝫ importunas deſiderioꝝ carnaliū ſuggeſtiōes q̄ noſtris obſtrepūt ſenſib⁹ fortiſſima intētione ſuperem⁹: ac tādiu iſſiſtere: quouſqꝫ ꝑſiſtēdo vincam⁹. Nā negligētes orōnes: nec ab ipſo noīe impetrare valent qđ volūt. Qn̄ q̄ſqꝫ orat: ſanctū ad ſe ſpm̄ aduocat. At vbi aduenerit: cōfeſtim tentamēta demonioꝝ q̄ ſe mētibus humanis imergūt: ꝓſentiā eius ferre nō ſuſtinentes effugiunt. Oratio cordis eſt nō labioꝝ. Neqꝫ. n. verba deprecantis de⁹ intēdit: ſꝫ orātis cor aſpicit. Et ſi tacite cor oret ⁊ vox ſileat: q̄uis hoīes lateat: deū latere nō pōt q̄ cōſcientie ꝑſens eſt. Melius eſt aūt cuꝫ ſilentio orare corde ſine ſono vocis: q̄ ſolis verbis ſine intuitu mētis. Nūq̄ eſt ſine gemitu oradū. Nā pctōꝝ recordatio merorē gignit. Duꝫ. n. oramus: ad memoriā culpaꝫ reducimus: ⁊ magis reos tunc nos eē cognoſcimus. Ideoqꝫ cū deo aſſiſtimus: gemere ⁊ flere debemus. reminiſcētes q̄ grauia ſūt ſcelere que cōmiſimus: q̄qꝫ dira inferni ſupplicia q̄ timemus. Mens qualem ſe in oratione offert: talem poſt orationeꝫ ſe cōſeruet. Nam nihil ꝓficit oratio ſi denuo cōmittitur vnde iam iterum venia poſtuleī. Ille. n. precis deſideratum effectuꝫ ſine dubio percipit. qui qđ orando abluit poſtulat: delinquēdo nō iterat. Mēs noſtra celeſtis ē ⁊ tunc orando deuꝫ bene cōtemplatur: q2 nullis terrenis curis aut erroribus impediī. Apta eſt enim ad bonū in ſua nāa: in aliena vero turbaī. Pura eſt oratio quam in ſuo tēpore ſeculi nō interuenīūt cure: longe aūt eſt a deo animus q̄ in oratiōe cogitationibus ſeculi fuerit occupatus. Tūc ergo veraciter oramus: q2 aliunde non cogitamus. Sed valde pauci ſunt qui tales oratiōes habeāt. Et licet in quibuſdaꝫ ſint: difficile tamē eſt vt ſemper ſint. Mens q̄ ante orationeꝫ vacans adeo in illicitis cogitationibus occupatur: dum in orationeꝫ venerit: confeſtim illi imagines

rer[um] quas ſup cogitauit occurrunt: aditũq[ue] p̃cꝫis obſtru
untne ſe mens libera ad celeſte deſideriũ erigat. Purgã
dus eſt itaq[ue] p̃mũ animus: atq[ue] a tẽporaliũ rer[um] cogitatõi
bus ſegregãdus: vt pura acies cordis ad deum recte ⁊ ſimpli
citer dirigat̃. Nam reuera tũc impetrãda diuina munera
credim[us]: qñ ſimplici affectu aſſiſtimus cũ oramus. Mul
tis modis interrũpitur oratiõis intentio: dũ ſe p̃ incuriaꝫ
vana mũdi ingerũt in cuiuſcũq[ue] orãtis aĩo. Tũc aũt ma
gis diabolus cogitatiões curar[um] ſecularium humanis men
tibus igerit: qñ orãtẽ aſpexerit. Duobus modis orõ impe
dit̃ ne ĩpetrare quiſq[ue] valeat poſtulata: hoc ẽ ſi aut qſq[ue]
adhuc mala ꝯmittit: aut delinquẽti ſibi debita nõ dimit
tit. Qđ geminũ malũ dum qſq[ue] a ſemetipſo abſterſerit: p
tinus ſecurus ſtudio orationis incũbit: ⁊ qđ ea q̃ impetra
re p̃cibus cupit mentẽ libere erigit. Qui ledit̃ nõ deſiſtat
orare p̃ ſe ledentib[us]: alioquin iuxta dñi ſententiã peccat q
p̃ inimicis nõ orat. Sicut nullũ p̃ficit in vulnere medica
mentũ ſi adhuc ferr[um] in ea ſitiata nihil p̃ficit orõ illius cu
ius adhuc dolor in mente vl̃ odiũ manet in pectore. Tan
tus dꝫ eſſe orantis erga deũ affectus: vt nõ deſperet p̃cis
effectuꝫ. Inaniter aũt oramus ſi ſpei fiduciam non habe
mus. Petat ḡ vt apl̃s ait vnuſq[ue]ſq[ue] ĩ fide nihil dubitãs: nã
q dubitat ſilis eſt vnde maris q̃ a vẽto fert̃ atq[ue] diſpergi
tur. Diffidentia naſcit̃ ĩpetrãdi orata: ſi ſe adhuc animus
ſentiat circa peccãdi affectioneꝫ verſari. Non eniꝫ poteſt
habere precis certam fiduciã: q adhuc in preceptis dei pi
gritat ⁊ peccãdi recordatõe delectat̃. Qui a preceptis dei
auertit̃: qđ in oratione poſtulat accipere nõ meretur: nec
impetrat ab illo bonũ qđ poſcit; cuius legi non obedit. Si
.n. id qđ deus precepit facimus: id qđ petimus ſine dubio
obtinemus. Naꝫ ſicut ſcriptũ eſt. Qui auertit aurẽ ſuã ne
audiat legẽ: oratio eius execrabilis erit. Multũ apđ deũ
vtraq[ue] ſibi nexio cõmendant: vt orone opatio: ⁊ opere ful
ciat̃ orõ. Unde ⁊ Hyeremias ait, Leuemus corda noſtra
cũ manibus ad deũ. Cor .n. cũ manib[us] leuat: q oronem cũ
ope ſubleuat. Nã q̃cũq[ue] orat ⁊ nõ operat̃: cor leuat ⁊ ma
nus non leuat. Quiq[ue] vero operatur ⁊ nõ orat: leuat ma
nus ⁊ cor nõ leuat. Sed q[uia] operari nec̃e ẽ ⁊ orare: bene vtr[um]
q[ue] vtrũq[ue] dictũ eſt. Leuemus corda noſtra cũ manibus
ad dominũ: ne de negligẽtia mandator[um] corde rep̃rehẽda
mur: dum ſalutẽ noſtrã obtinere aut ſola orone aut ſola
opatione cõtendimus. Poſtq̃ꝫ bonũ opus agimus. lachri
me oroniꝫ fundant̃: vt meritũ actionis humilitas impe
tret p̃cis. Culpabiliter manus ad deum expandit: q facta
ſua orãdo iactãter p̃dit: ſicut phariſeus in tẽplo iactanter
orabat: ſeq[ue] magis q̃ꝫ deũ de operibus iuſtis laudari vole
bat. Quorundaꝫ oratio in peccatũ cõuertit̃: ſicut de Juda p
ditore ſcribit̃. Qui .n. iactanter orat laudẽ appetendo hu
manã: nõ ſolũ eius oratio nõ delet peccatũ: ſꝫ ẽt ipſa ver
titur in peccatuꝫ. Sic iudei vel heretici q licet ieiunare ⁊
orare videant̃: eor[um] tñ oratio nõ delet peccatũ: nec ad pur
gationis p̃ficit meritũ: ſꝫ mutat̃ potius in peccatũ. Ideo
interdũ oratio elector[um] in preſſuris eor[um] differt̃: vt impio
rum p̃uerſitas augeat̃. Uerũ dum iuſti tẽporaliter audiũ
tur. pro eor[um] ſit ſalute q eos affligunt: vt duꝫ illis tempora
li remedio ſubuenitur: prauor[um] oculi ad cõuerſioneꝫ ape
riantur. Unde ⁊ trium puerorũ frigidus ignis fuit: vt Na
buchodonoſor deum veruꝫ agnoſceret. Sicut ⁊ propheta
in pſalmis ait. Propter inimicos meos eripe me. Proin
de tardius exaudiunt̃ quorundã orõnes: vt dum differun
tur: fortius excitati maioribus p̃mijs cumulentur: exem
plo pauuar[um] ⁊ repreſſiõe meſſiũ: in q̃bus quãto tardi[us] ſata
ſemina excũtitãto ad frugẽ cumulati[us] creſcũt. Quotiens
orãtes nõ cito exaudimur: noſtra nobis facta in oculis p
ponamus vt hoc ipſuꝫ qđ differt̃ diuine reputet̃ iuſtitie: ⁊
culpe noſtre. Interdũ q̃ꝫ p̃ſeueranter orãtes nõ cito exau
dimur: vtilitatis noſtre eſt nõ aduerſitatis. Sepe .n. mul
tos deus nõ exaudit ad voluntatẽ: vt exaudiat ad ſalutẽ.
Multi orantes nõ exaudiuntur: q[uia] prouidendo illis deus
meliora q̃ꝫ petunt reſeruat: ſicut cõtingere ſolet paruulis
qui ne in ſcholis vapulent deum exorant: ſed nõ dat̃ illis
poſtulationis effectus: q[uia] impeditur talis auditio ad pro
fectum. Non aliter quibuſdam cõtingit electis. Deprecã
tur .n. deum pro nonnullis vite huius commodis vel ad
uerſis. Prouidẽtia vero diuina tẽporaliter eor[um] deſiderio
minime conſulit: q[uia] meliora illis in eternuꝫ p̃mittit. Ora
tio priuatis locis opportunius funditur: magiſq[ue] obtẽtuꝫ
impetrat: dum deo tñ teſte depromit̃. Proprium aũt hy
pocritarum eſt offerre ſe in oratione videntibus: quorum
fructus eſt nõ deo placere: ſed gloriã ab hoĩbus ꝯparare.
Non in multiloquio exaudiunt̃ homines a deo: quaſi plu
rimis eũ verbis conent̃ inflectere. Neq[ue] .n. conciliat eum
multiplex orantis ſermo: ſꝫ pura ſinceraq[ue] orõnis inten
tio. Bonuꝫ eſt corde ſemper orare: bonũ etiã ⁊ ſono vocis
deũ ſpiritalibus hymnis glorificare. Nihil eſt ſola voce
canere ſine cordis intẽtione: ſed ſicut ait apl̃s: cantãtes in
cordibus veſtris: hoc eſt nõ ſoluꝫ voce: ſed ⁊ corde pſallẽ
tes. Unde ⁊ alibi. Pſallã ſpũ pſallam ⁊ mente. Sicut ora
tionibus regimur: ita pſalmor[um] ſtudijs delectamur. Pſal
lendi .n. vtilitas triſtia corda cõſolat̃: gratiores mentes fa
cit: faſtidioſos oblectat: inertes exuſcitat: peccatores ad la
menta inuitat. Naꝫ q̃uis dura ſint carnaliũ corda: ſtatiꝫ
vt pſalmi dulcedo inſonuerit: ad affectũ pietatis animuꝫ
eoruꝫ inflectit. Dum chriſtianũ nõ vocis modulatio: ſed
tñ verba diuina que ibi dicuntur debeant cõmouere: ne
ſcio tñ quo pacto modulatione canentis maior naſcit̃ cõ
punctio cordis. Multi .n. reperiuntur qui cantus ſuauita
te ꝯmoti ſua crimina plangũt: atq[ue] ex ea parte magis fle
ctunt̃ ad lachrimas: ex qua pſallentes inſonuerit dulce
do ſuauiſſima. Oratio in preſenti tñ vita p̃ remedio pec
cator[um] effundit̃: pſalmor[um] aũt decantatio p̃petuaꝫ dei lau
dem demõſtrat in gloriam ſempiternaꝫ: ſicut ſcriptũ eſt.
Beati q habitant in domo tua domine: in ſecula ſeculor[um]
laudabunt te. Cuius opis miniſteriũ q̃cunq[ue] fideliter in
tentaq[ue] mẽte exequit̃: quodãmõ angelis ſociat̃.

De lectione. Cap. VIII.

ORationibus mũdamur: lectionib[us] inſtruimur:
vtrunq[ue] bonũ eſt: ſi liceat: ſi nõ liceat: melius
eſt orare q̃ꝫ legere. Qui vult cũ deo ſemp̃ eſſe:
frequenter dꝫ orare: frequẽter ⁊ legere. Nam
cũ oramus ipſi cũ deo loquimur: cũ vero legi
mus: deus nobiſcum loq̃tur. Omnis p̃fectus ex lectione
⁊ meditatione p̃cedit. Que .n. neſcimus lectiõe diſcimus:
q̃ aũt didicimus: meditatiõibus cõſeruamus. Geminuꝫ
cõfert domiꝫ lectio ſanctaruꝫ ſcripturaruꝫ: ſiue q[uia] intelle
ctum mẽtis erudit: ſeu q̃ꝫ a mundi vanitatibus abſtractũ
hominẽ ad amorẽ dei perducat. Excitati .n. ſepe illius ſer
mone: ſubtrahimur a deſiderio vite mũdane: atq[ue] accẽſi
in amore ſapiẽtie tanto vana ſpes mortalitatis huius no
bis vileſcit: quãto amplius legendo ſpes eterna claruerit.
Geminuꝫ eſt lectionis ſtudium: primũ quomodo ſcriptu
re intelligãtur: ſecundũ: qua vtilitate vel dignitate dican
tur. Erit eniꝫ antea qſq[ue] promptus ad intelligendũ que le
git: ſequenter idoneus ad proferendum que didicit. Le
ctor ſtrenuus potius ad agendum que legit q̃ꝫ ad ſcien
dum erit promptiſſimus. Minor enim pena eſt neſcire
qđ appetas: q̃ꝫ ea que noueris non implere. Sicut enim
legendo ſcire concupiſcimus: ſic ſciendo recta que didi
cimus implere debemus. Lex dei ⁊ premium habet ⁊
penam legentibus eam. Premium his qui eam bene

viuendo

viuendo cuſtodiũt. penã vero in eis qui eã male viuendo contẽnũt. Omnis ergo a preceptis dei diſcedit opere: quoties eadez dei precepta legere vel audire potuerit corde ſuo rephenſus cõfundit̃: quia id quod nõ agit memorat̃. ⁊ teſte cõſciẽtia interius accuſatur. Unde ⁊ Dauid ꝓpheta deprecat̃ dicẽs. Tunc nõ cõfundar dum reſpicio in oĩa mãdata tua. Grauiter nãqꝫ vnuſqſqꝫ cõfũdit̃ qui mãdata dei vel legẽdo vel audiendo reſpicit: que viuẽdo contẽnit. Corde enim reprehendit̃ dum mãdatoꝝ meditatione docet̃. quia nõ impleuit opere quod diuina didicit iuſſione.

¶ De aſſiduitate legendi. Cap. IX.

Nemo põt ſenſuz ſcripture ſancte cogſcere: niſi legẽdi familiaritate: ſicut ẽ ſcriptũ. Ama illã ⁊ exaltabit te: glorificaberis ab ea cũ eaz fueris amplexat᷒. Quãto qſqꝫ magis i ſacris eloquijs aſſiduus fuerit: tanto ex eis vberiorẽ intelligentiã capit: ſicut terra q̃ quãto ampli᷒ excollit̃: tanto vberius fructificat. Quãto amplius ad quãlibꝫ artem hõ cõſcẽdit tanto magis ad hominẽ ars ipſa deſcẽdit: ſicut in lege ſcriptũ. Moyſes aſcẽdit in montẽ: ⁊ dñs deſcẽdit. Uerũ eſt de ocio ſpiritali q᷒ ille tñ ſecreta diuinoꝝ ſcrutat̃ mandatoꝝ: qui ab actione terrene cure reuocauerit animũ ⁊ ſedula familiaritate ſcripturis ſanctis inheſerit. Nã ſicut cecus ⁊ vidẽs põt qdẽ vterqꝫ ambulare: ſed nõ cõſimili libertate: duz cecus pgens quo nõ videt offendat. videns vero offendicula cauet: ⁊ quo ſit pgendũ agnoſcat. Sic ⁊ qui nubilo terrene cure fuſcat̃ ſi tentet dei ſcrutari myſteria nõ valz quia caligine curaꝝ nõ videt. Quod ille tantũdẽ efficere valet qui ſeſe de exteriorib᷒ ſeculi curis abſtrahit: ⁊ totũ ſe i ſcripturarũ meditatione defigit. Quidã habẽt intelligentie ingeniũ: ſed negligunt lectionis ſtudiũ: ⁊ quod legendo ſcire potuerũt: negligendo contẽnũt. Quidã vero amorẽ ſciendi habẽt: ſꝫ tarditate ſenſus ppediunt̃: q tñ aſſidua lectione capiũt quod ingenioſi per deſidiã nõ nouerũt. Ingenium tardius ⁊ ſi nõ per naturã: per aſſiduitatẽ tñ lectiõis augmentatur. Naz quãuis ſenſus hebetudo ſit: frequẽs tñ lectio intelligentiaz adhibꝫ. Sicut qui tardus eſt ad capiendũ pro intẽtione tamẽ boni ſtudij premium percipit: ita q preſtitutũ ſibi ex deo ingeniũ intelligẽtie negligit: cõdẽnatione reus exiſtit: quia donũ quod accepit deſpicit: ⁊ per deſidia derelinqt. Quidã dei iudicio donũ ſciẽtie quod negligunt accipiunt: vt durius de rebus creditis puniant̃. Tardiores autẽ ideo quod ſcire cupiunt difficiliter inueniũt: vt pro maximo exercitio laboris maximũ premiũ habeant retributionis.

¶ De doctrina ſine gratia. Cap. X.

Doctrina ſine adiuuãte gratia quãuis infundat̃ auribus ad cor nunq̃ deſcẽdit: foris qdem perſtrepit: ſed interius nihil proficit. Tunc autez dei ſermo infuſus auribus ad cordis vltima peruenit: quando dei gratia mentez interius vt intelligat tangit. Sicut enim quoſdaz flãma charitatis ſue deus illuminat vt vitaliter ſapiãt: ita quoſdaz frigidos torpenteſqꝫ deſerit: vt ſine ſenſu perſiſtant. Pleriqꝫ acumine intelligendi viuaces exiſtunt: ſed loquẽdi inopia anguſtãtur. Quidam vero in vtriuſqꝫ pollent quia ⁊ ſciendi copiam ⁊ dicendi efficaciam habent.

¶ De ſuperbis lectoribus. Cap. XI.

Pleriqꝫ ſcientia accepta ſcripturarum non ad dei gloriam: ſed ad ſuam laudem vtuntur: duz ⁊ ipſa ſciẽtia extolluntur: ⁊ ibi peccant vbi peccata mundare debuerunt. Nunq̃ cõſequuntur legendo perfectam ſcientiam arrogantes. Naz quãuis ſapientes in ſuperficie videantur: medullitus tamẽ veritatis archana nõ tangunt: quia ſuperbie nube prepediunt̃. Semper enim ſuperbi legunt: querunt ⁊ nunq̃ inueniunt. Diuine legis penetralia humilibus ⁊ bñ ad deũ intrantibus patent: prauis autẽ atqꝫ ſuperbis clauduntur. Naz quãuis diuina eloq̃a i lectiõe arrogãtibus ſint aperta: i miniſterio tñ clauſa atqꝫ occulta ſũt. Dũ ſermo dei fidelibus lux ſit: reprobis aũt ac ſuperbis quodãmõ tenebreſcit: ⁊ vñ illi illuminant̃: inde iſti excecantur.

¶ De carnalibus lectorib᷒ ⁊ hereticis. Cap. XII.

Nequaq̃ legẽ intelligit qui carnaliter verba legis percurrit: ſꝫ is qui eã ſenſu interioris itelligentie proſpicit. Naz qui ad litteram legis intẽdũt: eius occulta penetrare nõ poſſũt. Multi enim nõ itelligẽdo ſpiritaliter ſcripturas: nec eas recte ſentiendo in hereſim deuoluti ſunt: atqꝫ in multis erroribus defluxerũt. In ſolis fidelibus religata eſt lex: teſtante dño per ꝓphetaz. Signa teſtimoniũ: ſigna legẽ in diſcipulis meis: ne eam aut iudeus itelligat aut hereticus: quia nõ ẽ xpi diſcipulus. Unitatẽ quippe pacis quaz xps docuit nõ ſequunt̃. de qua idẽ dñs dicit. In hoc cognoſcẽt oẽs: quia mei eſtis diſcipuli: ſi dilectionẽ inter vos habueritis. Scripturas heretici ſano ſenſu nõ ſapiũt: ſꝫ eas ad errorẽ praue itelligentie ducũt: neqꝫ ſemetipſos earũ ſenſibus ſubdunt: ſꝫ eas peruerſe ad errorẽ propriũ pertrahunt. Doctores erroruz prauis perſuaſionibus ſic ita per argumẽta fraudulẽter illigant auditores ſuos vt eos quaſi in labyrinthũ implicẽt: a q̃ exire vix valẽt. Tãta eſt hereticoꝝ calliditas: vt falſa veris malaqꝫ bonis permiſceãt: ſalutaribuſqꝫ rebus plerũqꝫ erroris ſui virus interſerũt: q̃ facilius poſſint prauitatẽ peruerſi dogmatis ſub ſpẽ perſuadere veritatis. Plerũqꝫ ſub noĩe catholicoꝝ doctoꝝ heretici ſua dicta cõſcribũt: vt indubitanter lecta credant̃. Nõnunq̃ etiã blaſphemias ſuas latẽti dolo i libris noſtroꝝ inſerũt: doctrinãqꝫ veraz adulterãdo corrũpũt. ſ. vel adijciendo que impia ſunt: vel auferẽdo que pia ſunt. Caute meditãda: cautoqꝫ ſenſu probanda ſũt que legũtur: vt iuxta apoſtolica monita teneamus q̃ recta ſũt: ⁊ refutemus q̃ cõtraria veritati exiſtunt: ſicqꝫ in bonis inſtruamur vt a malis illeſi permaneamus.

¶ De libris gentilium. Cap. XIII.

Poete ideo in libris ſuis venerẽ ipudicã martẽqꝫ adulterũ deũ appellare voluerũt: vt perſuaderẽt mentes hoĩum quaſi deus imitari maluz: vt libidinoſa perſuaſione ad intentionẽ eoꝝ flagitia cõfidẽter cõmittũt: nõ quaſi hoĩes perditos ſꝫ q̃ſi celeſtes deos imitari videant̃. Ideoqꝫ prohibet xpianis figmẽta legere poetaꝝ: quia per oblectamẽta inaniũ fabulaꝝ mẽtez excitãt ad incẽtiua libidinũ. Nõ enim ſolum thura offerendo demonib᷒ imolat̃: ſꝫ etiã eoꝝ dicta libenti᷒ capiẽdo. Quidã plus meditari delectant̃ gentiliũ dicta propter tumentẽ ⁊ ornatũ ſermonẽ: q̃ ſcripturã ſanctaz propter eloquium humile. Sed qd prodeſt in mũdanis doctrinis proficere ⁊ ineſcere in diuinis: caduca ſeq figmẽta ⁊ ad celeſtia faſtidire myſteria: Cauẽdi ſũt igit̃ tales libri: ⁊ propter amorẽ ſãctaꝝ ſcripturaꝝ vitandi. Gentiliũ dicta exterius verboꝝ eloquẽtia nitent: iterius vacua virtutis ſapiẽtia manent. Eloquia autẽ ſacra exterius icompta verbis apparent intrinſecus autẽ myſterioꝝ ſapientia fulgent. Unde ⁊ apoſtolus. Habemus inquit theſauꝝ iſtũ in vaſis fictilibus. Sermo quippe dei occultum hꝫ fulgorẽ ſapiẽtie ⁊ veritatis repoſitũ in verboꝝ viliſſimis vaſculis. Ideo libri ſancti ſimplici ſermone cõſcripti ſunt: vt non in ſapientia verbi ſꝫ in oſtẽſione ſpũs hoĩes ad fidẽ perducerent̃. Nã ſi dialectici acuminis verſutia: aut rhetorice artis eloquẽtia editi eẽnt nequaq̃ putaret fides xpi i dei virtute: ſꝫ in eloquẽtie humane argumentis cõſiſtere: nec quẽq̃ crederemus ad fidez diuino iſpiramine prouocari: ſed potius verboꝝ calliditate ſeduci. Oĩs ſecularis doctrina ſpumãtibus verbis

reſonās:ac per ſe eloquētie tumorē attollens ꝑ doctrinā ſimplicē ⁊ humilē xp̄i euacuata ē:ſicut ſcriptū eſt. Nōne ſtultā fecit deus ſapiētiā h' mūdi. Faſtidioſis atq; loquacibus ſcripture ſancte min' ꝓꝑ ſmonē ſimplicē placēt. Hūili.n. eloquētie cōparata vr̄ illis idigna. Qr̄ ſi aīo humili myſteria eius intēdant:confeſtim aduertūt quātū excelſa ſunt:q̄ in illis deſpiciūt. In lectione nō verba:ſed veritas eſt amāda. Sepe aūt repitur ſimplicitas veridica:⁊ cōpoſita falſitas:q̄ hoīem ſuis erroribus illicit:⁊ per lingue ornamēta laqueos dulces aſꝑgit. Nihil aliud agit amor mūdane ſcientie:niſi extollere laudibus hoīez. Nā quāto maiora fuerint litterature ſtudia:tanto animus arrogātie faſtu iflatus:maiore itumeſcit iactātia. Vn̄ ⁊ bene pſalmus ait. Qr̄ nō cognoui litteraturam introibo in potētias dn̄i. Simplicioribus lr̄is n̄ ē ꝑponēdus fucus grāmatice artis. Meliores ſunt.n. cōes littere:qr̄ ſimpliciores:⁊ ad ſolā hūilitatez legentium ꝑtinētes:ille vero nequiores:qr̄ ingerūt hominibus ꝑnicioſam mētis elationē. Meliores eē grāmaticos q̄ȝ hereticos:heretici.n. hauſtū letiferi ſucci hoīb' perſuadendo ꝓpinant. grāmaticoꝝ aūt doctrina pōt ēt ꝓficere ad vitā:dum fuerit in meliores vſus aſſumpta.

¶ De collatione. Cap. XIIII.

Cum ſit vtilis ad inſtruendū lectio: adhibita autez collatione maiorem intelligentiaz ꝑbet. Melius eſt enim cōferre q̄ȝ legere. Collatio autez docibilitatē facit. Nam ꝓpoſitis interrogationibus cunctatio rerum excludit̄:⁊ ſepe obiectionibus latēs veritas approbat̄. Quod eniz obſcuꝝ aut dubiū eſt:cōferēdo cito ꝑſpicit̄. Multū ꝓſunt i collatione figure. Res enim que minus per ſe aduertunt̄ per cōparationē rerū facile capiunt̄. Naz ſepe ſub ſpecie alia ſpūales cauſas ſcripture diuine iſinuant:⁊ niſi ꝑ aliquā euidentē oſtēſionē vix apparēt occulta legis myſteria. Sicut inſtruere ſolet collatio ita contētio deſtruit. Hec enī relicto ſenſu veritatis lites generat:⁊ pugnādo verbis etiā in deum blaſphemiam ingerit. Inde ⁊ hereſes ⁊ ſciſmata: qb' ſubuertit̄ fides. veritas corrūpit̄:ſcindit̄ charitas. Cōtētioſoꝝ ſtudiū nō pro veritate:ſed ꝓ appetitu laudis certat:tantaq; eſt in his peruerſitas vt veritati cedere neſciāt ipſamq; rectā doctrinam euacuare contēdant. In diſputatione infideliū cauenda eſt ꝓpoſitionū artificioſa ſubtilitas:que callidis obiectionibus retia tēdit. Ita.n. verſutis aſſertionibus prauoꝝ diſputatio innodat̄. vt recta eſſe ſimulēt q̄ ꝑuerſa ꝑſuadēt. Lectio memorie auxilio eget. Qr̄ ſi fuerit nālıter tardior:frequēti tn̄ meditatiōe acuit̄: ac legendi aſſiduitate colligit̄. Sepe ꝓlixa lectio longitudinis cauſa memoriā legētis oblitterat. Qr̄ ſi breuis ſit ſb motoq; libro ſentētia retractet̄ in aīo:tūc ſine labore legitur:⁊ ea que lecta ſunt recolendo memoria minime excidunt. Acceptabilior eſt ſenſibus lectio tacita q̄ȝ apta. Amplius enim itellectus iſtruitur quādo vox legentis qeſcit:⁊ ſub ſilētio lingua mouetur. Nam clare legendo ⁊ corpus laſſatur ⁊ vocis acumen obtunditur.

¶ De cōtemplatione ⁊ actione. Cap. XV.

Actiua vita inocētia ē operū bonoꝝ:cōtēplatiua ſpeculatio ſupernoꝝ. Illa cōmunis multorum eſt:iſta vero paucoꝝ. Actiua vita mūdanis rebus bn̄ vtit̄. cōtemplatiua vero mundo renuncians:ſoli deo viuere delectat̄. Qui prius in actiua vita ꝓficit:ad cōtemplationez bene cōſcēdit. Merito enim in iſta ſuſtollitur:qr̄ in illa vtilis iuenit̄. Quicūq; adhuc tp̄alē glīā:aut carnalē affectat cōcupiſcētiā:a cōtēplatiōe ꝓhibet̄:vt poſit' i actual' vite opatiōe purget̄. In iſta.n. ꝑus ꝑ exercitiū boni opis cūcta exhaurienda ſūt vitia:vt i illa iā pura mētis acie ad ꝯtēplādū deū qſq; ꝑtrāſeat. Et lȝ ꝯuerſus ſtatim ad ꝯtemplationē ꝯſcēdere cupiat:tn̄ rōne cogit̄ vt ꝑus in actiue vite opatiōe verſet̄. Exēplū.n. actiue vite de Jacob ſumme:qui dū ad rachel h̄ ē ad viſuz ꝑn̄ deſtinaret:q̄ ꝯtēplationē ſignificat:lya illi h̄ ē laborioſa vita ſupponit̄ q̄ actiuā demrāt. Sicut ſepult' ab oī negocio terreno ꝑuat̄:ita ⁊ ꝯtēplatiōi vacās ab oī occupatōe actuali auertit̄. Et ſicut ab actuali vita ꝯſcēdētes i cōtēplatiōis qete ſepeliunt̄:ita ab actiōe ſeculi recedentes eos vita actiua i ſe q̄ſi ſepeliendo ſuſcipit:ac ꝑ h̄ vite mūdane actiua vita:⁊ vite actiue ꝯtēplatia ſepulchꝝ ē. Vn̄ ſancti ſicut a ſecreto ꝯtēplatiōis egrediunt̄ ad publicum actionis. ita rurſus ab actionis manifeſto ad ſecretū ꝯtēplatiōis itime reuertunt̄:vt itus deū laudēt vbi acceperūt:vn̄ ⁊ foris ad eius gloriā opant̄. Sicut aqle moris eſt ſemꝑ oculū i radiū ſolis ifigere:nec deflectere niſi eſce ſolius obtētu:ita ⁊ ſancti a ꝯtēplatiōe ad actualē vitā iterdū reflectunt̄:ꝯſiderātes illa ſūma ſic eē vtilia:vt tn̄ iſta hūilia ſint paululū nr̄e idigentie neccia. In actiue vite gr̄e hūana itentio ꝑſeuerāter icedit:i cōtēplatiōe aūt ſeſe ꝑ itervalla reſumit:qr̄ diuturnitate cōtēplādi laſſat̄. Viſio aīalū i Ezechiele:q̄ ibāt ⁊ nō reuertebant̄: ꝑtinet ad vite actiue ꝑſeuerātiā:⁊ iterꝝ ea aīalia q̄ ibāt ⁊ reuertebantur ꝑtinēt ad ꝯtēplatiue vite mēſurā: in qua dū qſq; itendent:ſua reuerberat' ifirmitate reflectit̄:atq; iterū renouata itētiōe ad ea vn̄ deſcenderat rurſus erigitur. Qd̄ fieri i actiua vita nō pōt:de qua ſi qſq; deflectat vel ad modicū:ſtatī vicioꝝ excipit̄ fluxu. Oculus dexter ſcandalizās quē euelli dn̄s ꝑcepit: vita ꝯtēplatiua ē. Duo oculi in facie: actiua vita ⁊ ꝯtēplatiua in hoīe. Qui igitur ꝑ ꝯtēplationē ceciderit in errorē:meli' ē ſi euellat ꝯtēplatiōis oculū:ſeruās ſibi vnū vite actualis obtutū:vt ſit vtilius illi ꝑ ſimplicē actionē ire ad vitā:q̄ȝ ꝑ ꝯtēplatiōis errorē mitti i gehēnā. Sepe mēs ad ſūma ab īmis erigit̄:⁊ ſepe ꝯ ſūmis ad īſima pōdere carnis inclinata reflectit̄. Multos deus ex carnalib' ſua grā viſitat:⁊ ad cōtēplatiōis faſtigiū eleuat. Multoſq; a contēplatione iuſto iudicio deſerit: ⁊ lapſos in terrenis operibus derelinquit.

¶ De cōtemptoribus mundi. Cap. XVI.

A que ſeculi amatoribus chara ſūt:ſancti velut aduerſa refugiūt. pluſq; aduerſitatib' mūdi gaudēt q̄ȝ ꝓſperitatib' delectent̄. Alienos eē a deo qb' h̄ ſeculū ad oē cōmodū ꝓſperat̄. Seruis aūt dei cūcta hui' mūdi ꝯtria ſūt: vt dū iſta aduerſa ſentiūt:ad celeſte deſideriū ardentius excitētur. Magna apud deū refulget gratia qui huic mūdo cōtemptibiles fuerit. Nam reuera neceſſe eſt vt quem mundus odit diligatur a deo. Sanctos viros in hoc ſeculo legimus ꝑegrinos eſſe ⁊ hoſpites. Vn̄ ⁊ reꝑhendit̄ Petr' q̄ tabernaculū i mōte fieri cogitauit:qr̄ ſanctis in hoc mūdo tabernaculū nō eſt:qbus patria ⁊ domus in celo eſt. Sācti viri iō ꝯtēnere cupiūt mūdū:⁊ motū mētis ad ſupna reuocare:vt ibi ſe recolligāt:vn̄ defluxerūt:⁊ inde ſe ſubtrahant vbi diſꝑſi ſunt. Iuſti q reb' honoribuſq; ac vite blandimētis renūciant:ꝑinde ſe ab oī terrena poſſeſſiōe mortificāt vt deo viuāt:iōq; ſeculi huius blāditias calcāt vt validiores ad vitā illā de huius vite mortificatiōe ꝯſurgāt. Cūcta quippe tp̄alia q̄ſi herbe virētes areſcūt:⁊ tranſeunt. iōq; ⁊ ꝑ eternis rebus q̄ nūq̄ȝ areſcūt recte iſta dei ſeruus cōtēnit:qr̄ in eis ſtabilitatē nō aſpicit. Qui poſt enūciationez mūdi ad ſupnam patriā ſanctis deſiderijs inhiat: ab hac terrena itētiōe q̄ſi qbuſdā pēnis ſubleuat' erigit̄:⁊ in quo lapſus erat per gemitū ꝯſpicit:⁊ vbi ꝑuenerit cuz gaudio magno itēdit. Qui vero a ꝯtēplationis regē reflex' i curis hui' ſeculi icidit:ſi ad memoriā ſui reuertatur: ꝑrius ige miſcit. quātūq; fuerit tranqlla que ꝑdidit:⁊ q̄ȝ cōfuſa ſint

in quibus

Google

in quibus cecidit:ex ipa laboris ſui difficultate cognoſcit.
Quid.n.i hac vita laborioſius ꝙ terrenis deſiderijs eſtua
re:aut quid hic ſecuri⁹ ꝙ huius ſeculi nihil appetere:Qui
enī hunc mūdū diligūt:turbulētis eius curis ⁊ ſollicitudi
nibus cōturbant̄.Qui autē eū odiūt nec ſequūtur īterne
getis trāqllitate fruētes future pacis regeni quaȝ illic ex
pectāt:hic quodāmodo habere iā incboant.

⁋ De ſcis q ſe a ꝯſortio ſeculi ſeparant. Cap. XVII.

SAncti viri fundit⁹ ſeculo renūciātes:ita huic
mūdo moriūtur:vt ſoli deo viuere delecten
tur:q̄tātoqȝ ab hui⁹ ſeculi ꝯuerſatione ſe ſub
trahūt:tāto īterne mētis acie ꝑñtiā dei ⁊ an
gelice ſocietatis frequētiā ꝯtēplant̄.Maloꝝ
tā praua ſūt opa māifeſta:vt hi q ſupnā patriā deſiderāt:
nō ſolū mores eoꝝ:ſȝ ⁊ ꝯſortia fugiāt.Quidā ēt corpalr
ſeparari deſiderāt ab iniqs:vt eoꝝ nō iuoluant̄ delictis.
Nōnulli ⁊ ſi nō corporali diſceſſu:ſpiritali tñ ab eis iten
tione recedūt:q ⁊ ſi cōes ſunt ꝯuerſatiōe:diſcreti tñ ſunt
corde vel ope.Et lȝ ſepe in medio carnaliū vitā de⁹ ꝓte
gat electoꝝ:tñ ſatis rarū eſt vt qſqȝ inter ſeculi volupta
tes poſitus a vitijs maneat illibatus:in qbus ⁊ ſi non cito
implicet̄:aliqñ tñ attrahit̄.Neqȝ.n.diu tut⁹ eē poterit q
periculo ꝓxim⁹ fuerit.Uia ſine offēdiculo vita monachi:
ſine cupiditatis ⁊ timoris īpedimēto.Dū.n.qſqȝ a ꝯſor
tio mūdi abſtrahit̄:nec cupiditas eū obligat ꝯſentiētem:
nec cruciat ſentientē.Bonū eſt corpalr remotū eē a mun
do:ſȝ multo eſt meli⁹ volūtate:vtrūqȝ vo ꝑfecte.Ille ꝗ
ꝑfectus eſt q huic ſeculo ⁊ corpe ⁊ corde diſcret⁹ eſt.Ona
ger vt ait Job ꝯtēnit ciuitatē:⁊ monach⁹ cōeȝ ſeculariū
ciuiū ꝯuerſationē.Hi aduerſa vite noſtre appetūt:ꝓſpera
ꝯtēnūt:vt dū ab eis hec vita deſpicitur:futura inueniat̄.

⁋ De ꝑceptis altiorib⁹ monachoꝝ. Cap. XVIII.

ALia ſunt ꝑcepta q̄ dant̄ fidelib⁹ cōeȝ vitā i ſe
culo agētib⁹:atqȝ alia ſeculo huic renūciatib⁹.
Illis.n.dicit̄ vt ſua oīa bene gerāt:iſtis vt ſua
oīa derelinquāt.Illi ꝑceptis gnālib⁹ aſtringū
tur:iſti ꝑcepta gnālia ꝑfecti⁹ viuēdo tranſcen
dūt.Ad ꝑfectū nō ſufficit niſi vt abnegatis oībus ſuis ēt
ſeipſuȝ qſqȝ abneget.Sȝ qd eſt ſeipȝ abnegare:niſi volun
tatib⁹ ꝓprijs renūciare:vt q ſupbus erat ſit humilis:qui
iracūd⁹ eē ſtudeat māſuet⁹.Nā ſi ita qſqȝ renūciet q̄ poſſi
det oib⁹:vt ſnis nō renūciet morib⁹:nō eſt xp̄i diſcipulus.
Qui enī renūciat oib⁹ rebus ſuis:ſua abnegat:qui vero re
nūciat moribus prauis:ſemetipſuȝ.ſ.abnegat.Uñ ⁊ dñs.
Qui vult inquit poſt me venire:abneget ſemetipſum.

⁋ De tepore monachorum. Cap. XIX.

QUi nō rigida intētione monachi ꝓfeſſioneȝ
ſectant̄:quāto ſupni amoris ꝓpoſitum diſſo
lute appetūt:tāto ꝓcliuius ad mūdi amorem
denuo reducunt̄.Nā ꝓfeſſio non ꝑfecta pre
ſentis vite repetit deſideria:in qbus ⁊ ſi non
dum ſe monachus alliget ope:iaȝ tñ alligat cogitationis
amore.Longe quippe a deo eſt animus:cui hec adhuc vi
ta dulcis eſt.Iſte eniȝ quid de ſupnis appetat.quid ne de
de infimis fugiat neſcit.Nam ſicut ſcriptum eſt.Qui ap
ponit ſciam:apponit ⁊ dolorem.Quantuȝ enim qſqȝ po
tuerit ſuperna ſcire que appetat:tanto de infimis acrius
qbus iheret dolere dȝ.Propter hoc.n.⁊ Jacobus apl's di
cit.Miſeri eſtote:lugete ⁊ plorate:riſus veſter in luctum
ꝯuertat̄:⁊ gaudiū in merorē.Hinc ēt dñs.Beati inquit q
lugent:qm̄ ipſi ꝯſolabunt̄.Et rurſuȝ.Ueh vobis q ride
tis:qm̄ flebitis.Qui ad hoc cōuerſionē ſanctitatis ꝑten
dit:vt alijs qñqȝ preeſſe deſideret:iſte nō diſcipulus xp̄i
ſed prauitatis ſectator exiſtit:q2 nō pro deo:ſed pro ſeculi
honore portare ſtudet crucis xp̄i laborem.

⁋ De humilitate monachi vel opere. Cap. XX.

SUmma virtus monachi humilitas:ſummū
vitium eius ſuperbia eſt.Tunc autē ſe qſqȝ
monachum iudicet:qñ ſe minimū exiſtima
uerit:etiam cū maiora virtutum opera geſſe
rit.Qui mūduȝ deſerunt:⁊ tñ virtutes ꝑceꝑto
rum ſine cordis humilitate ſequūtur:iſti quaſi de excelſo
grauius corruūt:q2 deterius per virtutū elationē deijciū
tur ꝙ per vitia prolabi potuerunt.Omnis dei ſeruus de
ſuis meritis nō dȝ extolli:dum poſſe videat ex inferiori
bus ſibi prelatiores alios fieri.Nouerit aūt oīs ſanctus ſe
alterius nō ꝑponere ſanctitati.Semꝑ eniȝ ꝯſcientia ſerui
dei humilis eſſe dȝ:⁊ triſtis.ſ.vt per humilitatē non ſuper
biat:⁊ per vtilem merorem cor ad laſciuiā nō diſſoluat.
Dei ſeruus dū bonū aliqd opus agit:vtrū ei ad boni re
munerationē ꝑtineat q̄ facit icert⁹ eſt.ne forte diſcuſſiōe
celeſtis iudicis reus penſet̄:⁊ in his que dei ſunt negligen
ter aut ſupbe aliqd operaſſe iueniat̄.Ideoqȝ pro hoc ipſo
triſtis merēſqȝ efficit̄ atqȝ indeſinēter turbat̄:reminiſcēs
ꝓculdubio ſcriptū eſſe.Maledict⁹ qui facit opus dñi ne
gligenter.Nā veraciter ꝯdenamur:ſi ꝑ torporem ea que
bona ſunt agimus.Dei ſeruū ſine itermiſſione legere:ora
re:⁊ oꝑari oȝ:ne forte mētē ocio deditā ſpūs fornicationis
ſubripiat.Cedit.n.labori voluptas:aiuȝ āt vacātē cito ꝓoc
cupat.Cōtuere ſalomonē ꝑ ociū multis fornicationibus
imuolutū:⁊ ꝑ fornicatiōis vitiū vſqȝ in idolatriā lapſuȝ.

⁋ De monachis q curis ſeculi occupant̄. Cap. XXI.

HI qui pro dei timore ſeculo renūciāt:⁊ tamē
curis rerum familiariū implicantur:quanto
ſe rerum ſtudijs occupāt.tanto a charitate di
uina ſeipſos ſeparant.Qui ſil' ⁊ terrenis pare
re curis ⁊ diuinis exercere ſtudent:vtrūqȝ cō
plectere ſimul nō valent.Nam duas curas pariter ineſſe
pectori humano nō poſſe:⁊ duobus ſeruiētē dñis vtriſqȝ
placere difficile eſſe.Niſi prius a ſecretioribus cordis ex
pellat̄ importuna ſecularium multitudo curaꝝ anima q̄
intrinſecus iacet nequaꝙ reſurgit.Nam dū ſe ꝑ inume
ras ſeculi cogitationes ſpargit:ad ꝯſiderationē ſui ſe nul
latenus colligit.Arguit̄ eoꝝ tepor q deo vacare volētes
⁊ mūdo renūciāt:⁊ curas ꝓprias aſpnant̄:ſȝ dū ꝓpinquio
